



CAROLI LINNÆI,

*Arciatr. Regii; Med. & Bot. Prof. Upsal;
Acc. Imperial. Upsal. Monspel.
Stockb. Berol. Soc.*

F L O R A
Z E Y L A N I C A

Sistens

PLANTAS INDICAS

Z E Y L O N Æ I N S U L Æ ;

Quæ Olim 1670-1677. lectæ fuere

A PAULO HERMANNO,

Prof. Bot. Leydensi;

*Demum, Post 70 annos Ab AUGUSTO GUNTHERO,
Pharmacop. Hafniensi, Orbi redditæ;*

HOC VERO OPERE

Revisæ, Examinatæ, Determinatæ & Illustratæ

GENERIBUS CERTIS,
DIFFERENTIIS SPECIFICIS,
SYNONYMIS PROPRIIS,
DESCRIPTIONIBUS, COMPENDIOSIS
ICONIBUS PAUCIS.



Prostat A M S T E L Æ D A M I,

Apud. J. W E T S T E N I U M,

1748.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

AROLD

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

VIRO SPECTATISSIMO & PERIN-
DUSTRIO

AUGUSTO GUNTHERO,

PHARMACOPOLÆ REGIÆ HAVNIENSIS.

Herbarium Indicum, quinque voluminibus
constans, quod ante biennium ad me mi-
sisti, nomina ut plantis adscriberem, heic
reddo.

Gratulor orbi erudito, quod hic *Thesaurus*,
qui per 50 annos fuerat suppressus, in-
dignorum manibus versatus, & in Barba-
rorum hominum scriniis sepultus, rerum
vicissitudine iterum emerferit & ab in-
teritu fuerit vindicatus.

*Est hoc opus Herbarium Zeylanicum, quondam
a Principe Botanicorum, PAULO HERMAN-
NO, lectum in Zeylona multis itineribus,
periculis, laboribus, curis, nec sine Fæde-
rati Belgii maximis sumptibus.*

) 2

Ante

Ante dimidium seculum eruditi de hac rarissima collectione uno ore loquebantur, eandem in summum augmentum scientiæ expectabant, sed inopinato fato periit Hermannus, periit & collectio hæc, quam dein diutissime deplorarunt Botanici.

TIBI vero hanc desideratissimam collectionem reservarunt fata, ut tua ope revivisceret, ut per hanc famam & æternam nominis gloriam reportares.

Reddo heic Tuum opus; nomina plantis, ut petiisti, non tantum adscripsi, sed plantas & nomina luci publicæ exposui; horas diesque bene multos, eosque laboriosissimos, hisce impendi, quos vix ac ne vix mihi restituas. Latabor tamen si hæc officia, in Amicum non minus dignum, quam ignotum, me contulisse experiar.

Vivas sospes & felix diutissime.

Dabam Upsaliæ 1747. d. 23. Junii.

AUTOR.

PRÆ-

PRÆFATIO.

FLORÆ EXERCITUS *seculo XVI*, conquiritus studio & diligentia laboriosissimorum Virorum *Brunsfelsii, Cordi, Tragi, Fuchsii, Gesneri, Matthioli, Tabernamontani, Lobelii, Dodonæi, Clusii, Camerarii, Alpini, Columne, Casalpini, Baubinatorum* circumscribebatur 6000 tantum plantarum *Speciebus*, adeoque in his castris mereri adhuc facile erat.

SECULO vero XVII in scenam prodibant multi & summi in arte Heröes, qui plantas conscribebant ex toto orbe; uti *Alpinus, Aldinus, Zanonus, Bocconus, Griseus, Salvadorus, Cornutus, Barrelierus, Dodartus, Magnolius, Tournefortius, Morisonus, Rajus, Plukenetius, Petiverus, Sberardus, Hermannus, Kiggelavius, Commelini, Breynius, Loeselius, Mentzelius, Anmannus, Rudbeckii*; & præter hos qui remotissimas Indias adibant: *Bontius, Hermannus, Rheedens, Rumpfius, Camellus, Oldenlandus, Hernandus, Marcgravius, Pisonus, Bannisterus, Sloaneus, Surianus*, quorum opera exercitus conscriptus fuit ad numerum 20000 circiter *Specierum*. Corruissent tum propria mole ingentes copix, nisi *Præfetti* summi instruxissent exercitum in *Legiones, Cohortes, Manipulos*, uti *Morisonus, Rajus, Hermannus, Rivinus*, & qui hos omnes superavit, immortalis *Tournefortius*; (hic postquam dubia seposuimus) 500 *Genera* plantarum distinctissima adornavit.

NOSTRUM hoc SECULUM Botanicos, neque numero neque meritis præcedentium seculorum inferiores, aluit. Summus *Vaillantius* vastissimam legionem COMPOSITORUM instruxit. Laboriosissimus *Scheuchzerus* integram legionem GRAMINUM adornavit. Solidissimus *Dillenius*, præter numerosas Exoticas, perfectissimam legionem MUSCORUM conquirit. Oculatissimus *Michelius* legionem FUNGORUM observavit. Clarissimus *Plu-*

mierus, triplici itinere in Americam, legionem 900 NOVARUM plantarum detexit. Insuper *Dillenius MESEMBRYANTHEMA*, *Boerhaavius PROTEAS*, *Bradlaus CACTOS*, *Commelinus ALOES* intruxerunt. Porro Plantarum caussa *Scheuchzerus* & *Hallerus ALPES*, *Kämpferus INDIAM*, *Scharvius AFRICAM*, *Hartogius CAPUT B. SPÆI*, *Feuilleus CHILLI*; *Tournefortius ARCHIPELAGUM*; *Buxbaumius*, *Messerschmidius*, *Gerberus*, *Heintzelmannus*, *Gmelinus*, *Stellerus RUSSIÆ imperium*, *TARTARIAM* & *SIBIRIAM* peruestigarunt; Et sic Floræ copiarum stupendo plantarum numero nostro etiam seculo auctæ sunt.

De hisce nostris etiam loquamur temporibus & de Botanicis qui hodie strenue in castris Floræ militant. In GALLIA eminent Summi *Jussæi*, tres fratres, qui Pyrenæos perquisiverunt, qui fortalitium Floræ Parisinum intruxerunt, qui remotissimas terras Peruvianas adiverunt. *Sauvagesius* numerosissimas Monspelienfes plantas quotidie legit. *Barrerus*, ex America redux, plantas Galliarum æquinoctialis scrutatur. *Maynardus* Pyrenæos adire proposuit. In ANGLIA *Martynus* rariores plantas æstimat, *Millerus* rariores Horti Chelsejani studiose conservat, *Collinsonus* Americæ septentrionalis plantas conquirat; *Catibæus* Carolinianas pulchre delineat, *Claytonus* plantas Virginie legit, *Bartramius* ad minutissimas Americæ attendit, *Coldenius* Noveboracenses omnes examinat, *Mitchelius* ex America redux nova parat, *Lithorpius* Oxonii antecessorum vestigia premit. In BELGIO Triumviri *Royenus*, *Gronovius*, *Burmannus* florent; horum primus Hortum Leydensem quotidie auget, secundus Virginie, a Claytone missas plantas, sedulo examinat; tertius de Zeylona, Africa & Amboina optime meruit; horum vestigiis insistent *Gorterus* in Geldria Campis & *Wachendorpius* in Horto Ultrajectino. In GERMANIA inter Helvetos eminent

eminet alter Boerhaavius *Hallerus* (*), qui Alpes & Germaniam totam exponit. *Gesnerus* atavi sanguine & propria industria clarus cum sagacissimo *Stæbelino* rariora inquit. *Moebingius* Ostfrisiæ rariora docte examinat. *Ludwigius* Lipsicam Floram colit. *Gmelinus* ex undecim annorum sibirico itinere & petropolitana commoratione redux gazas Sibirix excutit. Acutissimus *Gleditschius* Hortum Berolinensem restaurat. *Bergerus* Francofurtensem hortum colit. *Breynius* dignissimi parentis hæreditatem restituit. In RUTHENO solus *Entius* remanens rarissimas plantas metit. In SVECIA venerandus Senex *Celsius* Plantas biblicas extricat. *Lecheus* rariores observat; *Kalmius* longinquum iter meditatur. In ITALIA *Sequierus* Veronensibus plantis inclarescit, ut reliquos taceam.

Horum infinitis laboribus Botanice hodie stipata est vastissimo plantarum exercitu, ut non modo plantarum numerus valde auctus sit, sed & duplo plura genera (1074) innotuerint, quam erant initio seculi hujus cognita.

Cum & Ego Floræ stipendio fruar, operæ pretium duxi Plantas, quotquot reperi Indicas s. Zeylonicas, antea vagas & dispersas colligere, suisque propriis vexillis adscribere, qua autem ratione mihi hoc munus suscipere contigerit, sequentia de *Zeylona* & *Hermannio* præfari necessum duco.

)(4

ZEY-

(*) *CL. HALLERUM* esse mortalium omnium laboriosissimum, inque *THEORIA MEDICA & ANATOMIA* hodie summum, norunt omnes; In *BOTANICIS* insuper plures investigavit & descripsit plantas quam ullus facile alius. Inique itaque dixere nonnulli me minus mihi de *Viro* optimo scripsisse; & sciant vellem me *Ejus* scripta & observationes ubique magni facere & attente volvere, cum in tota *Germania* vix. adhuc alius meliora præstiterit.

ZEYLONA.

ZEYLONA insula *Indiæ orientalis* sita est e regione orientali Malabaricæ, sub *latitudine* boreali inter gr. 6 & 10; *longitudine* vero a Meridiano observatorii Parisini 77 ad 80; adeoque *longitudine* 40 milliaria suecica circiter continens.

Cinghalenses, insulæ hujus incolæ, unico reguntur Imperatore, cujus Metropolis *Candy* in mediterraneis insulæ sita est. *Belgæ* vero, ob commercia, occuparunt 1640 loca maritima portusque primarios, quorum urbs primaria *Columbo* audit.

Terra diverso solo gaudet, campis scilicet, sylvis, convallibus, & est, præsertim in mediterraneis, montosa (a). Inter Montes *Hamaell* seu *Mons Adami*, coni instar truncati, caput altissime exferit. Ex his montibus *Fluvii* undique scaturiunt & mare petentes terram dividunt. Hinc *Terra* sub coelo tepidissimo placidissimoque, montibus & fluviis condecorata, marique cincta non potest non producere, quidquid benignissimum clima caussare solet.

Lapidibus pretiosis, eisque magna copia, superbit *Zeylona*, uti *Rubinis*, *Sappiris*, *Oculis cati* &c. *Fluvii* lætam *Margaritarum* segetem ubique porrigunt &, quod minime prætereundum, *Lapidem Electricum* vehunt magnitudine oboli, planum, orbicularem, nitentem, levem, brunneum, crassitie unius lineæ, inodorum, insipidum, attrahentem corpora levia, parva, cineres, limaturas ferri, ramenta papyri &c, eaque dein longius repellentem (b). Mira certe & inaudita proprietas si in lapide, neque motu, neque tritu calefacto, heic unice detecto & observato.

Plantas huic insulæ tot concessit benignum *Clima* præstantissimas, ut vix ac ne vix quidem ulla terra, pari cum hac unica insula numero *Aromata* produ-

(a) *KNOX* Historical relation of Ceylon. Lond. 1681. fol. Anglice.
Lips 1687. quart. Germ.
Amstel. 1693. octavo. Gall.

(b) *AB. parif.* 1717. hist. p. 9. per *Lemery*.

ducat. Dum Pineta steriles & frigidas nostras occupant terras, in Zeylona *Cinnamometa* (145) constituunt primarias Sylvas, & quidem tanta in copia, ut incolæ ex hac arbore Ligna pro domiciliis, pro foco, pro culina mutuari necesse habeant; cum tamen nobilissima hæc arbor omni alii laurum præripiat, fragrantissimoque odore & sapore semimortuos fere ex orci faucibus eripiat; quorsum accedit quod vix ullibi terrarum nisi in Zeylona occurrat, unde exportatus Cortex per totum orbem divenditur. Nostri Horti consiti sunt Malis, Pyris, Prunis, Cerasis, similibusque, at in Zeylona nonnisi altissimæ *Palme* in pretio habentur: inter quas *Cocci* (391) primariæ Arbores incolis alimenta, utensilia, omniaque in usum humanum necessaria suppeditant. *Caryotæ* (396) heic stillant Vinum Sury dictum. *Coryphæ* (394) porrigunt Frondes latissimas, levissimas, plicatas, quæ sunt pro Umbellis heic maxime necessariis ad arcendos radios solares & præsertim imbres ab incolis subnudis solo subligaculo sæpius cinctis. *Phænices* (390) proferunt dulces Dactylos & superbæ *Musæ* (368) latissimis nitidissimisque foliis condecoratæ, racemos fructuum dulcissimorum, magna in copia, promunt, ut taceam suavissimos Fructus, quos terra ubique offert, uti *Mangbas* (471), *Jack* (508), *Jambos* (188), *Pfidia* (192), *Malæ sinensia* (304), *Poma adami* (304), *Anacardia* (165), *Morindas* (82), *Averrhoas* (178), &c. Nostri Agri seruntur vili Hordeo & Secali, Cinghalensium vero non nisi præstantissimam *Oryzam* pro farina, pulte & pane recipiunt. Callæ nostras Paludes tégunt, eorum vero calidissima *Amoma*. Persicariæ replent apud nos loca ruderata, apud eos vero variæ speciès *Piperis*. In nostris Pratis Ranunculi, Plantagines, Convallariæ aliæque plurimæ neglectæ plantæ crescunt, in eorum vero numerosa *Hedysara* XVI, *Cacca* VI, *Sida* XIII, *Hibisci* XIV, *Iusticia* VI, *Cleomes* V, *Impatientes* IV, *Amoma* V, *Myrti* VI, *Ricini* XI, ut præteream numerosos Scandentes *Convolvulos*,

Ipomoeas, Dioscoreas, Basellas, Aristolochias, Ophtoglossa, Phaseolos, Momordicas, Bryonias, Vites, Cissos, Pothos, Loniceras, Acrostica. In nostris terris Ulmaria & Mentha fragrantæ plantæ sunt, at in Zeylona *Ocyma VI* prata tegunt, quemadmodum *Cinnamomum* sylvas. Ubique occurrunt Aromata præstantissima *Zingiber* (3), *Cardamomum* (4), *Galanga* (8), *Coffus* (5), *Acorus* (132), *Sebænanthus* (465), *Calamus aromaticus* (45), & Flores structura, colore & odore excellentissimi: *Crini* (127), *Pankratii* (126), *Poinoianæ, Gloriosæ* (122), nec non, qui nocte aëra gratissimo habitu saturant, *Poliantbis* (125) & *Nyctantbis* (11) flores, heic ubique sylvestres.

Animalia ubique terrarum se habent ad plantas, uti Plantæ ad terram & clima; hæc itaque de Zeylanicæ terræ præstantia testificentur. Heic singulares *Mantes* pro Cicadis; heic nitidissimæ *Abetulle* (c) pro Cæciliis. Heic detestabiles *Leguane* (d) stridentesque *Geckones* (e) pro Lacertis; heic pro Leporibus *Cervi pygmei parvitate Leporis.* Hic voracissimi *Crocodyli* aquas inhabitant; hic auro nitentes *Pavones* ex sylvaticarum arborum caeminibus splendent. Hic mirabiles *Paradisæ* uti *Hirundines* aëra fecant. Hic *Vespertiliones* (f) magnitudine cum canibus certant. Hic *Angues vittatæ* (g) veneno excellent; hic *Angues giganteæ* (h) capras taurosque deglutiunt; hic maximi *Elephantes* uti sues in sylvis vagantur. Hic *Simiæ nigre barba alba* gesticulantur in montibus & nudæ istæ *Simiæ unguo indico subulato* (i) mares in venerem provocant, dum virides *Pfittaci* loquuntur ex arboribus, & *Zibeticum* animal suave

(c) Amphib. gyllenborg. p. 7. n. 2. Raj. quadr. 331. n. 5.

(d) Amphib. gyllenborg. p. 18. n. II.

(e) Amphib. gyllenb. p. 27. n. 19.

(f) Bont. jav. p. 69.

(g) Kæmpf. amoen. 565. t. 567. *Vipera cobras de Capello.*

(h) Raj. quadr. 332. n. 8. & p. 333. *Serpens urobubalum deglutiens.*

(i) Muscum Adolpho-Friderician. I. n. 2.

suave spirat in densis sylvis, & verecunda *Myrmecophaga pedibus pentadactylis* (k) inter decidua folia antraque reperit.

Quemadmodum coelo & solo, ita & Lapidibus, Plantis, Animalibusque præ aliis superbit Zeylona. Fuere itaque qui *Paradisum* in hac insula statuerunt: Alii sagaciores opinantur primos Parentes, e beato suo Paradiso exules, hanc insulam, præ omni alia terra selegisse inhabitandam, & *Adamum* in monte *Adami* longo tempore amissam felicitatem deplorasse, eidemque monti & rupi summæ insidentem, *vestigia ista sedentis hominis* adhuc obvia impressisse, quæ Cinghalenses hodie quotannis superstitionose colunt, ut omittam quidquid de *Pomis Adami* (304) hic obviis, commentantur varii (*). Verbo, quantum hæc insula præ aliis terris emineat, docet, ut cætera sileam, Aromaticum copia & præstantia, cum *Aromata* inter Naturæ producta & artificia semper æstimentur primaria.

HERMANNUS.

HERMANNUS (*Paulus*) nascitur Halæ saxo-
num 1640. d. 30. Junii in augmentum Rei Herbariæ. Plantarum amor in tenello cum lacte ita accenditur, ut puer decennis plantas lecturus in aquis incidens (l) præne suffocatus fuisset, nisi fata eum ad majores transfretandas aquas destinassent. Vitæ genus selecturo Disciplina Medica, ob arctam cum amabili Botanica affinitatem, sese præ aliis commendat; ob hanc nocturna diurnaque manu cultam *Honores Doctores* Paduæ 1670 reportat.

Epocha Botanices felicissima existerat circa annum 1671 cum in Europa magno numero Botanici doctissimi, curiosissimi, & laborosissimi uno eodemque tempore florebant; Ex his fuere *Mentzelius* 65,
Bar-

(k) Bont. jav. 82.

(*)(Celsii *Hiero-Botanicum* I. p. 158. ubi plurimum authorum opinioniones refelluntur.

(l) Bidloi Parentatio in obitum Hermanni.

Barrelierus 65, *Morisonus* 57, *Muntingius* 50, *Rajus* 49, *Rudbeckius* 47, *Bocconus* 44, *Dodartius* 43, *Magnolius* 41, *Breynius* 40, *Bromelius* 38, *Triumfettus* 38, *Syenus* 37, *Plumierus* 31, *Plukenetius* 29, *Rivinus* 25, *Tournefortius* 21. Qui Viri! quanta nomina! Hi conjunctis viribus infinitaque diligentia plures detegebant rariores & indicas, quam omnes qui ante eos vixerunt Botanici. Ast sedes Floræ primaria in *Belgio* posita erat, ubi *Magnates* plurimi, eruditione, curiositate, dignitate & opibus pollentes, Floræ ipsius castra intraverant, uti *Bentingius*, *Witsenius*, *Fagelius*, *Bewerningius*, *Beaumontius*, *Commelinus*. Hi privatos hortos instruxerant specierum exoticarum undique, imprimis ex utraque India, conquistatarum infinita copia, cum & vellent & valerent hec vires periclitari.

Sub hac Epochâ & hoc felici fidere fata ducunt florentissimæ ætatis juvenem 30, Floræque ipsius Legatum *Hermannum* in *Belgium*. Non potuit hic diu latere *Syeno*, qui fortalitia Floræ *Leydensis* tum gubernabat. Ducitur itaque mox a *Syeno* *Hermannus* ad *Bentingium*, Floræ Senatorem, Virum honoribus & dignitatibus spectabilem, qui *Hermannum* commendabat apud *Gubernatores Societatis Indiæ orientalis*, ut eundem muneri *Medici Societatis Indiæ orientalis* per *Zeylonam* præficerent, spe non frustranea ductus, fore ut si ad *Zeylonam* perveniret tantus *Botanicus*, grata ipsius mens quotannis selecta semina, radices, bulbos, plantas ad benefactores remitteret; nec spes fefellit. *Hermannus* mox denominatur *Medicus* ordinarius & primarius per *Zeylonam*.

Postquam fata sic vela panderant, navem conscendit *Hermannus*. In transitu vero, in ultimum *Africæ* CAPUT B. SPEI ascendit; hanc terram nullus *Botanicorum* unquam antea calcaverat. O bone Deus quam multæ, quam raræ & quam mirabiles plantæ, uno eodemque die, se *Hermanni* oculis offerunt. Paucis diebus solus & unicus *Hermannus* hic plures dete-

git novas plantas Africanas, quam Botanici omnes, qui umquam in mundo ante eum exstiterunt. Montes rupesque tegebantur succulentis *Mesembryanthemis*, *Aloebus*, *Stapeliis*, *Kleiniis*, *Crassulis*, *Bulbinis*, *Anacampserotibus*, *Tetragoniis*, *Aizois*. Nemora a *Proteis* & *Leucadendris* argento auroque nitebant. Campi vestiebantur *Borboniis*, *Penais*, *Blaviis* & *Ercis* infinite ludentibus. Viæ opertæ erant mellifluis *Meliantibis*. Sylvæ & Dumeta constituebant *Sideroxyla*, *Royene*, *Hermannie*, *Hallerie*, *Maurocena*, *Grewie*, *Clutiae*, *Cliffortie*, *Brunnie*, *Galenie*, *Brabeja*, *Myrsines*, *Pbilyce*, *Celascri*, *Passerine*, *Tarconanthi*, *Baccharides*, *Erioccephali*, *Parthenia*, *Anthosperma*, *Myrice*, *Kiggelarie*. Prata vero vestiebant *Lobelie*, *Ixie*, *Corymbia*, *Arctopi*, *Roellie*, *Lobelie*, *Zygophylla*, *Gethylides*, *Selagines*, *Hebensstretie*, *Stoebes*, *Gerberie*, *Hemanthi* & *Gerania* miro modo diversa. Inde misit Hermannus in Floræ castra plures novas plantas quam antea ullus, quibus adhuc superbiunt Horti Europæi. Hinc famam sempiternam sibi comparavit summus Inventor.

Postquam sic in Africa auxerat Floræ copias, continuat navigationem in Indiam, ubi cum ZEYLONA novus orbis se dominio Floræ subjicit. Inter omnes, quotquot antea in Europa viderat doctissimus Botanicus plantas, vix tres (22. 120.) in Zeylona reperit, sed novas omnes intuetur. *Cinnamomeæ* sylvæ *Calophyllis* (201. 202.) & *Palmeta Musis* mixta erant. Omnia ista AROMATA, quæ infinitis itineribus, periculis, impensis ex India acquirunt & charo pretio divendunt Europæi, sua sponte hic luxuriantia observat, e. gr. *Lignum Nepbriticum*, *L. Colubrinum*, *L. Campechianum*, *Nuces Vomicas*, *Piper longum* & *rotundum*, *Cassiam ligneam*, *Cinnamomum*, *Grana Tiglia*, *Turpetum*, *Myrobalanos*, *Cascarillam*, *Acmellam*, *Tamarindos*, *Cassiam fistulam*, *Curcumam*, *Costum*, *Galangam*, *Zedoriam*, *Zingiber*, *Cardamomum*, *Anacardium orientale* & *occidentale*, *Cathecu*, *Sang. Draconis*, *Gummi*
Cus-

Guttam, G. Laccam &c. En plantas medicinales, usitatissimas, folis nominibus diu notas, non dum delineatas aut descriptas! In harum plantarum designatione eo facilius versabatur, quum vulgus Zeylanense doctissimo Botanico officinalia nomina indicare valeret; at vero cum oculos ad reliquas verteret plantas, quam stupefiebat optimus Hermannus, plantas ibi **VULGATISSIMAS** ne quidem ad genera referre aut cum Europæis conferre valens; nec mirum adeo, quum genera pleraque sunt, etiam in hodierna luce, rarissima atque talia, quæ aciem acutissimi Botanici facile fugerent: e. gr. *Canna, Amomum, Kempferia, Boerhavia, Nyctanthes, Chionanthus, Erantbemum, Justicia, Commelina, Xyris, Eriocaulon, Mollugo, Cephalanthus, Ixora, Avicennia, Ludwigia, Oldenlandia, Rondeletia, Morinda, Chironia, Ceanothus, Achyranthes, Cerbera, Ceropogia, Gloriosa, Burmannia, Pontederia, Lawsonia, Dodonea, Michelia, Baubinia, Guilandina, Gesalpina, Poinciana, Adenantha, Sophora, Anacardium, Cynometra, Jussiaea, Melastoma, Sabinus, Bannisteria, Acerroba, Rhizophora, Eugenia, Calophyllum, Mesua, Vateria, Gmelina, Clerodendron, Barleria, Hugonia, Sphæranthus, Nepenthes, Tragia, Acalypha, Croton, Jatropha, Curica, Musa, &c.*

Omnes itaque horas successivas plantarum collectioni, exsiccationi, adglutinationi impendens, incolarum simul nomina inquirat, plantarum vires sciscitatur, principia earum cum *Grimmio* nostrate (m) chemice explorare studet, plurimasque plantas splendidissime depingi curat. Sic collecto Herbario Zeylanico perfectissimo, compingi curat plantas Zeylanicas in *Tria* volumina; in *Quarto* vero Africanas & rariores zeylanicas miscet; reliquas non adglutinatas servat. *Quintus* demum tomus, ut præcedentes in

for-

(m) *Grimmius Gotlandia-Suecus, tum ad Fodinas Sicilidas Metallurgia Præfatus, clavis ex Laboratorio Ceylanico, quod Piclat quidam, suppresso auctoris nomine, in latinam transfudit linguam.*

forma atlantica, icones circiter 400 novarum plantarum zeylanicarum continebat artificiosa manu delineatas. Mittit in Europam quotannis rarissimarum plantarum semina; mittit quoque integra Herbaria Zeylanica ad *Commelinum* (n) & alios. Cum jam merita & laudes Hermanni in tota Europa omnium Curiosorum ore extollerentur, moritur 1678 Arnoldus Syenus, Professor Botanicæ Leydensis. Non erat in orbe alter meritis & inventis Botanicis Hermanno par, ideoque a Curatoribus Academiæ mox creatur Hermannus Medicinæ & Botanicæ Professor Lugduno-Batavus. Cum vero biennii fere spatio opus esset Hermanno antequam redire & officio fungi posset, constituerunt Curatores 1679 Petrum Hottonem Professore Botanicæ usque tantum in id tempus, quo noster ex India redux se sisteret Lugduni, quod feliciter 1680, mense Augusti contigit. Adgreditur mox oblatum munus; Horti pomeria producit; plantas duplo plures in hortum introducit quam omnes ejus Antecessores: *Bontius, Clutius, Pavius, Clusius, Vorstii, Schuylius, Syenus* centum annorum spatio (o). Inter has, plurimas habet plantas indicas quas secum ex Zeylona duxerat, nec antea, nec dein in Europa visas. *Fundamentum fructificationis* nuper a Morisano resuscitatum primus in Belgio recipit; plantas omnes in Horto *systematice* disponit; *Hybernacula* exstruit; *Materiam Medicam* purgat; *Museum* a se ipso collectum in horto instruit; sub feriis nunc Galliam, nunc Britanniam, nunc Germaniam plantarum causa adit. Parisiis in Horto Regio salientes fontes, ad accessum *Principis Botanicorum* scaturiunt jubente Tournesortio. Orbis litteratus desideratissimas diu Plantas Zeylanicas sibi pollicetur, sed Lectiones publicæ & privatæ, negotia Academica, Consultationes studiosorum & Horti cura horas surripiunt, usque dum fatalis

talis

(n) quod Herbarium nunc in Museo Burmanniano servatur.

(o) *Boerb. lugdb. præfat. 31.*

talis *Peripneumonia* Clarissimum Hermannum suffocat die 28. Januarii 1695.

HARTOGIUS.

HARTOGIUS (*Jobannes*) nascitur & educatur in Horto Leydensi ad Floræ servitium, dum Hermannii jactura a toto orbe deploratur. *Sherardus* (Guilielmus) Floræ sceptrum gubernans, de Plantarum Zeylanensium reparatione die nocteque sollicitus, brevem sciagraphiam promulgat (p) & sæpius de hac jactura amicum integerrimum, eruditione & fama ubique inclytum H. Boerhaave consulit. *Hartogius* unicus erat qui iter in Zeylonam susciperet; abit, *Cáput bonæ spei* conscendit, numerosam rariorum plantarum gregem conquirat, temerarius sylvas & desertam intrans a Leone dilaceratus fuisset, nisi servi globus missilis intervenisset; inde Zeylonam attingit, integrum *Herbarium Zeylanicum* Cornelio *Vossio*, Hortulano Leydensi, mittit, sed præcox fatum & perversa Diæta brevi eum Floræ surripiunt.

BURMANNUS.

BURMANNUS (*Joannes*) Frid. Ruyschii & Casp. Commelini in Hortum Medicum Amstelodamensem, 22 annorum licet juvenis, dignissimus tamen 1728 successor. Hic natus ad Plantas mature cœpit proprium Museum instruere vastissimis Herbariis, inter quæ tamquam palmaria nominari merentur *Zeylanica* ab *Hermanno ad Commelinum*; & ab *Hartogio ad Vossium* missa. Amplissima *praxis Clinica*, quam per populosam valde urbem Amstelodamensem quotidie exercebat, plurimas & plerasque ipsi auferebat horas; Hic tamen ægre nimis dolens Hermannii jacturam, eandem proprio labore reparare studet, cum solus possessor erat duplicis Herbarii Zeylanici; Plantas itaque *Zeylanicas* acute examinât, auctores omnes

(p) Museum Zeylanicum Hermannii fertur editum fuisse cura Sherardi.

omnes evoluit, ab Hermanno aut Hartogio non vi-
 fas apud alios inquiri, synonyma omnia colligit, ra-
 riores describit & rarissimas depingit. Nec his con-
 tentus integram *Centuriam* rariorum plantarum *Afri-*
canarum delineat & describit, nec non *Amboinenses*
 posthumas plantas *Rumpfi*, diu sepultas e tenebris ex-
 trahit. Burmanno itaque debet res publica Botanica
 rariores plantas Indiæ & Africae; vivat utinam diutif-
 sime Vir Clarissimus, de re herbaria maxime meritis,
 felix in Floræ Decus & ornamentum!

L I N N Æ U S.

Ego numquam cogitaveram meam falce[m] in
 Zeylanicarum plantarum mittere messem, quamquam
 non diffitear harum floribus, in Cl. Burmanni Mu-
 seo visis, non semel meos vehementer delectatos fu-
 isse oculos, dum Generosissimi hujus Viri liberali
 fruebar hospitio; Ast felici casu accidit 1745, ut,
 quem ne nomine quidem antea notum habebam,
 Pharmacopœus Regius Hassnien[s]is JO. GÜNTHE-
 RUS, stupendam collectionem plantarum Indicarum,
 quinque voluminibus in forma atlantica comprehen-
 sam, ad me mitteret, eo fine, ut vera nomina plantis
 hisce adscriberem, nescius ipse a quo lectæ erant
 plantæ vel ex qua parte Indiæ. Hanc dum evolvo,
 examino & inquirō, observo plantas hæc per tres
 primos tomos, in singulis paginis totidem, easdem,
 eodemque ordine esse dispositas, quo in Hermanni
Museo Zeylanico continentur a p. 1. ad 39; accede-
 bat quod *Icones*, quas quintus tomus continet, essent
 ipsius *Hermanni*, uti constitit ex *Horto Lugduno Bata-*
vo tab. 28. 63. 97. 171. 175. 179. 187. 197. 209.
 435. 565. 637. 643. 650. 655. 656. 669. 683. 687.
 689. 693. & ex Ejusdem *Paradiso Batavo* tab. 73.
 78. 105. 107. 205. 238, quæ figuræ absolute eadem
 inque minorem mole[m] redactæ, ut dubium nullum
 sit, quin hæc collectio fuerit ipsissima Hermanni.

)(

Quar-

Quartus tomus continebat plantas Capenses & Zeylanicas mixtas, adeo ut, quæ in Museo Zeylanico a pag. 40. ad finem enumerantur non adglutinatae, in hac collectione vel omnino deficerent vel paucae harum huic tomo insertae essent.

Non decebat Botanico Aureum Thesaurum, quem fors obtulerat, flocci facere; die itaque nocteque volumina hæc evolvo, compendiosas *Descriptiones* conficio, *Synonyma* addo, quamvis Cl. Burmannus pleraque ante ritè enodasse experior, imprimis vero minutissimas *partes Fructificationis* inquirō, flosculos per 70 annos exsiccatos emollio, aperio, cultroque anatomico subjicio, qua methodo species numquam antea fixas ad certa genera deduco, paucissimas autem orientalis indiae plantas ante hunc diem ad sua genera fuisse relatas neminem facile fugit, quamvis huic centro salus Botanices innititur.

Postquam ita opus absolveram, plantas disposui secundum nostrum Systema in 24 classes; ad 25 vero Classē rejeci OBSCURAS plantas zeylanicas, quarum fructificatio quidem aderat, sed non ita perfecta, ut ex flore ad genus tuto argumentari liceret. Ad Classē 26 DUBIAS amandavi plantas, quas quidem descripsi, sed de fructificatione, quæ deficiebat, parum novi. Ad Classē 27 BARBARAS reduxi, quæ in Herbario Hermanni non aderant, eas ideo aliis sedulo inquirendas relinquo. Hoc meo labore plurima *Nova Genera* detexi; e. gr: *Eranthemum*, *Olox*, *Pavetta*, *Tomex*, *Cissus*, *Exacum*, *Hedyotis*, *Mussaenda*, *Nama*, *Basella*, *Flagellaria*, *Mimusops*, *Allophylus*, *Jambolifera*, *Memecylon*, *Cambogia*, *Eleocarpus*, *Microcos*, *Delima*, *Uvaria*, *Atragene*, *Conmarus*, *Pentapetes*, *Indigofera*, *Pothos*, *Sterculia*, *Antidesma*, *Coldenia*, *Bobartia*, *Bartramia*, *Knoxia*, *Ophiorhiza*, quarum cha-

characteres antea nunquam dati fuere (q), ut & *Ceano-*
thi & *Cynometrae* characteres qui hic locum inveni-
unt, non ita dudum confecti (r). Dabam 1747.
mense Junio Upsalæ.

(q) Diff. acad. Daffowii Nova plant. genera Upf. 1747.

(r) Act. Soc. Upsal. 1741.



AUTORES,

qui plantas ZEYLANENSES, postquam
Hermannus easdem collegerat, describere, ex-
ceptis paucis, quas Bontius habet. Observan-
dum insuper quod Plantæ Zeylanenses cum
Javanensibus, Benghalensibus, Malabari-
cis & præsertim Maderaspa-
tensibus eadem sint.

- HERMANNUS Paul. Medicus Zeylon. dein Prof. Leyd.
Hortus Lugduno-Batavus
Lugdb. 1687. oct. cum figuris & plantis zeyl.
Floræ Lugduno-Batavæ Flores
Lugdbat. 1690. oct. per L. Zumbach. methodice.
Flora Lugduno-Batava (altera).
Lugdb. 1695 semi impressa moritur cum Autore.
Prodromus Paradisi Batavi.
Amstel. - - duod. suppositivus.
Paradisus Batavus. (posthumus per G. Sberard).
Lugdb. 1698. 1705. quart. c. fig. variis zeyl.
Museum zeylanicum (nominibus indicis).
Lugdb. 1717. 1726. oct. Catal. pl. zeylanic.
Museum indicum. (Museum hort. Leydenfis).
Lugdb. 1711. - - oct. & quart. de Animalibus.
Materia Medica.
Argentor. 1710. quart. per Sig. Hennigerum.
Argentor. 1726. quart. per J. Boeclerum aucta.
Argentor. 1729. quart. per Eundem continuatio.
Londin. 1736. quart. per Stroiber.

AUTORES.

- BURMANNUS** Johannes. *Prof. Bot. Amstel.*
Thefaurus Zeylanicus.
Amstel. 1731. quart. tab. 110.
Decades X. plantarum Africanarum.
Amstel. 1738. 8c. quart. tab. 100.
- RHEEDE** von Drakenstein. *Praefectus Malabarica.*
Hortus Malabaricus (babui v. 1. 2. 9. 10. 11, 12.)
Amstel. 1678. fol. vol. 12. mihi defect.
- RUMPFIIUS** G. E. *Consul Amboinensis.*
Herbarium Amboinense.
Amstel. 1740. 8c. vol. 6. latino-belgice.
Amboiniske Rariteten-Kammar.
Amstel. 1705. fol. Ostrocodermata tantum.
- BONTIUS** Jac. *Medicus Bataviae in Java.*
Historia naturalis Indiae orientalis.
Amstel. 1658. fol. cum Pisonis Mantissa.
- KÆMPFERUS** Engelb. *Peregrinator eximius.*
Amoenitates Exoticæ.
Lemgov. 1712. quart. Japonicae & Chineses.
- BREYNIUS** Jacob.
Centuria I. plantarum Exoticarum
Gedan. 1678. fol. tab. 109.
Prodromus primus fasciculi pl. rariorum.
Gedan. 1680. quart.
Prodromus secundus plantar. rariorum.
Gedan. 1689. quart.
Gedan. 1739. quart. auctior per FILIUM.
- COMMELINUS** Joh. *Senator & Praefectus Hort. Amst.*
Hortus Medicus Amstelædamensis (tom. I: mus.)
Amstel. 1697. fol.

AUTORES.

- COMMELINUS** Casp. *Profess. Bot. Amstelod.*
Hortus Medicus Amstelædamensis, tomus 2:us.
Amstel. 1701. fol.
Flora Malabarica.
Lugdb. 1696. oct. 8 fol. excerpta ex Hort. Mal.
- PETIVERUS** Jacob, *Pharmac. Lond. curiosus.*
Musei Petiveriani Centuria X.
Lond. 1692. 8c. oct.
Gazaphylacii Naturæ & Artis Decades X.
Lond. 1702. oct. tab. 102. fol.
Hortus siccus 8 Plantæ Maderaspatanæ.
Lond. 1704. fol. ad finem Raj. Append.
- PLUKENETIUS** Leonh.
Almagestum Botanicum.
Lond. 1696. quart. Synonyma.
Mantissa Almagesti
Lond. 1700. quart. prioris supplementum.
Amaltheum botanicum
Lond. 1705. quart. methodica dispos. specierum.
Phytographia s. Icones
Lond. 1691, 8c. quart. tab. 454. fig. plurimis.
- RAJUS** Johannes.
Historia plantarum.
Lond. 1686. fol. Vol. 2.
Supplementum Historiæ.
Lond. 1704. fol. hic Appendix 8 Dendrologia.
- MORISONUS** Robert.
Historia Oxoniensis.
Oxon. 1680. fol. tomus 2:us.
Oxon. 1699. fol. tomus 3:tius per Bobartum.
- SLOANE** Hans. *Medicus quondam in Jamaica.*
Catalogus plantarum Jamaicae.
Lond. 1696. oct. synonymis copiosis.

AUTORES.

Historia f. Voyage and Jamaica.

Lond. 1707. fol. tomus prior. tab. 156.

Lond. 1725. fol. tomus posterior. tab. 274.

LINNÆUS Carolus

Hortus Cliffortianus.

Amstel. 1736. fol.

GRONOVIVS Joh. Fr.

Flora Virginica (*lecta a Claytono*).

Lugdb. 1739. oct. *systematice*.

ROYEN Adrianus. *Prof. Leydenfis.*

Prodromus Floræ Leydenfis.

Lugdb. 1740. oct. *systematice*.

AMMANNUS Paulus.

Character Plantarum.

Lips. 1676. 1686. duod. *compilavit.*

Francf. 1685. 1701. duod. *auctior.*



SYSTEMA FLORÆ ZEYLANICÆ.

I. MONANDRIA.

<i>Monogynia</i> Canna	1.
Amomum	2 - 4.
Costus	5.
Curcuma	6. 7.
Kæmpferia	8. 9.
Boerhavia	10.

2. DIANDRIA.

<i>Monogynia</i> Nyctanthes	11.
Jasminum	13.
Chionanthus	14
Eranthemum	15.
Justicia	16 - 21.
Utricularia	22. 23.
Monarda	24.
Verbena	399.

<i>Digynia</i> Anthoxanthum	25.
<i>Trigynia</i> Piper	26 - 30.

3. TRIANDRIA.

<i>Monogynia</i> Commelina	31.
Tamarindus	33.
Olax	34.
Xyris	35.
Cyperus	36. 37.
Scirpus	38 - 40.
<i>Digynia</i> Bobartia	41.
Panicum	42 - 44.
Lagurus	45. 465.
Poa	46.
Arundo	47.

<i>Trigynia</i> Eriocaulon	48 - 50.
Mollugo	51. 52.

4. TETRANDRIA.

<i>Monogynia</i> Cephalanthus	53.
Ixora	54. 55.
Pavetta	56.

Avicennia	57.
Elæocarpus	58.
Tomex	59.
Cissus	60.
Exacum	61.
Knoxia	400.
Spermacoce	62.
Hedyotis	63 - 65.
Ludwigia	66.
O denlandia	67. 68.

<i>Tetragynia</i> Coldenia	69.
----------------------------	-----

5. PENTANDRIA.

<i>Monogynia</i> Heliotr.	70. 470.
Borrago	71.
Menyanthes	72.
Cyclamen	401.
Plumbago	73.
Convolv.	74. 475.
Ipomœa	77 - 79.
Rondeletia	80.
Morinda	81. 82.
Lonicera	83.
Mussaenda	84.
Mirabilis	85.
Datura	86.
Rhamnus	87 - 89.
Xylon	220.
Chironia	90.
Strychnos	91.
Capficum	92.
Solanum	93. 488.
Phyfalıs	96. 97.
* Ribesioides	403.
Ceanothus	98.
Vitis	99.

Celo-

SYSTEMA

Celosia	100-102.	Dodonæa	141.
Achyranthes	103.	* Phantis	406.
Ophiorhiza	402.	* Cleome	242.
Cerbera	106.	<i>Trigyn.</i> Cardiospermum	142.
Nerium	107-404.	Paullinia	143.
Ceropegia	110.	<i>Polygynia</i> Michelia	144.
<i>Digynia</i> Asclepias	111.490.		
Periploca	113.	9. ENNEANDRIA.	
Apocynum	114.	<i>Monogynia</i> Laurus	145.146.
Gomphrena	115.		
Nama	117.	10. DECANDRIA.	
Hydrocotyle	118.	<i>Monog.</i> Bauhinia	147.148.
<i>Trigynia</i> Basella	119.	Cassia	149-154.
<i>Pentagynia</i> , Drosera	120.	Guilandina	155.494
		Cæfalpina	157 158.
6. HEXANDRIA.		Poinciana	159.
<i>Monogynia</i> Gloriosa	122.	Adenanth.	160.496
Asparagus	123.124.	* Mimosa	505.
Polianthes	125.	Melia	161.497.
Pancreatium	126.	Sophora	163. 164.
Crinum	127.	Anacardium	165.
Burmannia	128.	Cynometa	166.167.
Pontederia	129.	Tribulus	168.
Aloe	130.	Jussæa	169.170.498.
Bromelia	131.	Melastoma	171.
Acorus	132.	Bartramia	174.
Flagellaria	133.	<i>Digynia</i> Schinus	175.
Cleome	239.	Santalinondes	408.
		<i>Trigynia</i> Bannisteria	176.
8. ODTANDRIA.		<i>Pentag.</i> Averrhoa	177.189.
<i>Monogyn.</i> Lawsonia	134.135.	Oxalis	180. 499.
Memecylon	136.		
Mimusops	137.138.	11. DODECANDRIA.	
Jambolifera	139.	<i>Monogynia</i> Rhizophora	181.
Allophylus	140.	* Cleome	241.

12. ICO-

FLORÆ ZEYLANICÆ.

12. ICOSANDRIA.

Alop. vernica 411.

Monogynia Myrtus 182-500.
Eugenia 187-409.
Pfidium 192.

Angiosperm. Gmelisa 230.

Volkameria 231.

Clerodendrum 232.

Barleria 233.

Ruellia 234. 235.

Bignonia 236.

Sesamum 237.

Rhinanthus 238.

Vitex 413. 414.

Pistacio-Vitex 415.

Cornutioides 416.

* Murex 440.

13. POLYANDRIA.

Monogyn. Nymphæa 193.

Cambogia 195.

Euphorbia 196. 503.

Calophyllum 201.

Mesua 203.

Vateria 204.

Rhamnicastr. 410.

Delima 205.

Elæocarpus 206.

Microcos 207. 208.

Ochna 209.

Capparis. 210.

Crateva 211. 212.

Corchorus 213. 214.

Mimosa 215. 505.

Xylon 220-222.

Cleome 240.

15. TETRADYNAMIA.

Siliquosa Cleome 239-243.

16. MONADELPHIA.

Pentandria Waltheria 244.

Decand. Melochia 245. 247.

Connarus 248.

Hugonia 249.

Hexagynia Stratiotes 223.

Polygamia Uvaria 224.

Annona 225. 508.

Atrogene 226.

Polyandria. Pentapetes 250

Sida 251-254. 519.

Malva 255.

Urena 256. 257. 528.

Hibiscus 258--529.

Gossypium 267.

14. DIDYNAMIÆ.

Gymnosp. Leonur. 227. 510.

Ocymum 228. 229.

Stoechmentha 412.

17. DIADELPHIA.

Offandria. Polygala 268.

Decandria. Genista 271.

In-

SYSTEMA

Indigofera 272-274.	Arum 325-328. 558.
Erythrina 275.	Dracunculus 422.
Crotolaria 276-278.	Potha 329.
Cytifus 279.	
Phaseolus 280. 535.	
Dolichos 282. 534.	
Clitoria 28 3.	
Glycine 284.	
Trigonella 285.	
Hedysarum 286. 548.	
Æschynomene 298.	
Cracca 299-303.	
Trifolium 552.	

18. POLYADELPHIA.

Icosandria. Citrus 304.

19. SYNGENESIA.

Polyg. equal. Kleinia 305.

Eupatorium 306.

Baccharis 418.

Polyg. superfl. Gnaph. 307.

Matricaria 421.

Verbesina 308-311.

Pol. necess. Sphæranth. 312.

Monogynia. Lobelia 313.

Impatiens 314-316.

Viola 317. 318.

20. GYNANDRIA.

Diandria. Orchis 301. 320.

Tetrandria. Nepenthes 321.

Hexandria. Pistia 322.

Aristolochia 323.

Polyandria. Grewia 324.

21. MONOECIA.

Triandria. Coix 330.

Phyllanthus 331-333

Tragia 334. 335.

Tetrandria. Urtica 336.

Morus 337.

Pentand. Amaranthus 338.

Xanthium 164.

Adelphia. Ricinus 339. 566.

Acalypha 340-342.

Croton 343. 565.

Jatropha 348.

Sterculia 349. 350.

Syngen. Momord. 351. 568.

Bryonia 353. 567.

22. DIOECIA.

Pentandria. Antidesma 357.

Hexand. Dioscor. 358-363

Smilax 364.

Decandria. Carica 365.

Gynandria. Clutia 366.

23. POLYGAMIA.

Monoecia. Musa 368.

Celtis 369.

Holcus 370.

Parietaria 371.

Ophioxylon 398.

SYSTEMA FLORÆ ZEYLANICÆ.

24. CRYPTOGAMIA.

<i>Plantæ.</i>	Ficus	372.
<i>Filices.</i>	Osmunda	373.
	Ophioglossum	374.
	Acrosticum	376.
	Adiantum	381.
	Polypodium	382.
<i>Musci.</i>	Lycopodium	386.
<i>Alge.</i>	Fucus	389.

PALMÆ.

Phoenix	390.
Coccus	391.
Arecca	392.
Cycas	393.
Corypha	394.
Borassus	395.
Caryota	396.



Classis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

CANNA.

- 1. CANNA foliis ovatis utrinque acuminatis nervosis;
Roy. lugdb. 11.
 Canna spathulis bifloris. *Hort. cliff. 1.*
 Canna indica. *Riv. monop. 164.*
 Cann-Acorus latifolius vulgaris. *Tournef. inst. 367.*
Burm. zeyl. 53.
 Arundo indica latifolia. *Baub. pin. 19. theat. 322.*
 Tozcuiclapil. *Hern. mex. 282.*
 Meeru. *Marcgr. bras. 4. Pis. bras. 116. 212.*
 Katubala. *Rheed. mal. 11. p. 85. t. 42.*
 Pukfarna. *Herm. zeyl. 66.*

AMOMUM.

- 2. AMOMUM scapo nudo, spica oblonga obtusa.
Hort. cliff. 3.
 Zingiber latifolium sylvestre. *Herm. lugdb. 636.*
Burm. zeyl. 234. Raj. hist. 1912.
 Walinghuru. *Herm. zeyl. 51.*
 Kua. *Rheed. mal. 11. p. 13. t. 7.*
- 3. AMOMUM scapo nudo, spica ovata. *Hort. cliff. 3.*
 Zingiber angustiore folio, femina, utriusque indiae
 alumna. *Pluk. alm. 317. Burm. zeyl. 235.*
 Zingiber. *Baub. pin. 35. theat. 651. Raj. hist. 1314.*
Sloan. flor. 60. hist. 1. p. 163. Valent. mus. 183.
 Iris latifolia tuberosa, Zingiber dicta, flore albo.
Morif. hist. 2. p. 350.
 Mongarutia. *Pis. ind. 227.*
 Chillu. *Hern. mex. 169.*
 Kjoos. *Kempf. amoen. 826.*

A

Inschi.

2 MONANDRIA MONOGYNIA.

Inschi. *Rheed. mal.* 11. p. 21. t. 12.

Inghuru. *Herm. zeyl.* 69.

Pharmac. ZINGIBERIS COMMUNIS Radix.

Rad. condita,

ALBI Radix, Radix condita.

Descr. Culmus sterilis, vestitus pedunculis vaginantibus. Folia lanceolata, acuminata, angusta, integerrima. Scapus bracteis vaginantibus, obtusis, alternis vestitus. Spica ovata, squamis imbricata obtusis.

4. AMOMUM scapo bracteis alternis laxis caule brevior.

Cardamomum Ensal dictum. *Burm. zeyl.* 54.

Cardamomum simpliciter in officinis dictum. *Baub. pin.* 414.

Cardamomum minus. *Bont. jav.* 126. *Barrel. rar.* 1396. t. 571. *Bod. theophr.* 1014. *Raj. hist.* 1204. *Morif. hist.* 3. p. 254. *Dal. pharm.* 276. *Geoffr. mat.* 368.

Elettari. *Rheed. mal.* 11. p. 9. t. 4. 5. 6. opt.

Ensal. *Herm. zeyl.* 66.

Pharmac. CARDAMOMUM MINUS non excorticatum, excorticatum, Oleum.

COSTUS.

5. COSTUS. *Hort. cliff.* 2. *Dal. pharm.* 274.

Costus indicus, violæ martis odore. *Herm. zeyl.* 58. *Burm. zeyl.* 78.

Costus arabicus dioscoridis. *Baub. pin.* 36.

Alpinia spicata purpurea, cannacori foliis, abietis conum referens. *Bar. Amer.* 7.

Canna brasiliensis conifera Paco coatinga dicta. *Raj. hist.* 1702.

Arundo indica latifolia brasiliensis, squamato capite. *Morif. hist.* 3. p. 251. f. 8. t. 14. f. 8.

Anonyma. *Merian. surin.* 36. t. 36.

Paco

MONANDRIA MONOGYNIA.

3

Paco coatinga. *Marcgr. bras.* 36. t. 36.

Tsiana kua. *Rheed. mal.* 11. p. 15. t. 8.

Pharmac. COSTI DULCIS *Radix.*

ARABICI *Radix.*

CURCUMA.

6. CURCUMA foliis ovatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus paucissimis. *Roy. lugdb.* 12.

Curcuma radice rotunda. *Herm. prodr.* 330. *Burm. zeyl.* 84.

Curcuma foliis latioribus & rotundioribus. *Breyn. prodr.* 2. p. 40.

Manja-kua. *Rheed. mal.* 11. p. 19. t. 10.

7. CURCUMA foliis lanceolatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus numerosissimis. *Roy. lugdb.* 12.

Curcuma foliis longioribus & angustioribus. *Breyn. prodr.* 2. p. 40.

Curcuma radice longa. *Herm. lugdb.* 208. *Burm. zeyl.* 203.

Cyperi genus ex India. *Baub. pin.* 37.

Manjella-kua. *Rheed. mal.* 2. p. 21. t. 11.

Kaha. *Herm. zeyl.* 30.

Pharmac. CURCUMÆ *Radix.*

KÆMPFERIA.

8. KÆMPFERIA foliis ovatis sessilibus.

Kæmpferia. *Hort. cliff.* 2. t. 1.

Aro-orchis tuberosa platophyllos. *Burm. zeyl.* 33. t. 13. f. 1.

Contrajerva f. Doso camelli. *Raj. app.* 647.

Calceolus philippensis pumila, plantaginis folio, radice alexipharmaca. *Pet. gaz.* 29. t. 19. f. 7.

Planta bifolia, radice tuberosa, flore tripetalo difformi, malabarensis. *Comm. mal.* 55.

Wanhom. *Kempf. amœnit.* 901. t. 902.

Katsjula-kelengu. *Rheed. mal.* 11. p. 81. t. 4¹.

DIANDRIA MONOGYNIA.

Hinghurupyali, *Herm. zeyl.* 54.

Pharmac. GALANGÆ MAJORIS *Radix.*
MINORIS *Radix.*

9. KÆMPFERIA foliis lanceolatis petiolatis.
Colchicum zeylanicum, flore violæ odore & colore
ephemero. *Herm. prodr.* 324. *Burm. zeyl.* 67.
Colchicum zeylanicum hermanni. *Breyn. prodr.* 2.
p. 75.
Zedoaria radice rotunda. *Raj. app.* 648.
Zedoaria rotunda. *Dal. pharmac.* 275. *Geoffr. mat.*
151. *Baub. pin.* 31. *Raj. bist.* 1340.

BOERHAVIA.

10. BOERHAVIA diffusa.
Boerhavia foliis ovatis. *Hort. cliff.* 17.
Boerhavia solanifolia major. *Vaill. sex.* 51.
Antanizophyllum solanifolium majus. *Vaill. act.*
1722. *p.* 258. *t.* 25. 26.
Plumbaginoides foliis spinaciæ spinosæ, flosculo ru-
bro. *Boerb. lugdb.* 2. *p.* 264.
Thalicetro affinis indica, alni folio, semine striato
aspero. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 99.
Talu-dama. *Rheed. mal.* 7. *p.* 105. *t.* 56.
Obs. Flores certe monandri sunt, cum anthera didyma.

Classis II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

NYCTANTHES.

11. NYCTANTHES caule tetragono, foliis ovatis
acuminatis, pericarpis membranaceis compressis.
Ar-

DIANDRIA MONOGYNIA:

5

Arbor tristis. *Grim zeyl.* 116. *Burm. zeyl.* 32. *Clus. exot.* 225. 279.

Arbor tristis myrto similis. *Bauh. pin.* 499. *Comm. mal.* 9.

Manja-pumeram. *Rheed. mal.* 1. p. 35. t. 21. *Raj. hist.* 1698.

12. NYCTANTHES caule volubili, foliis subovatis agutis. *Hort. cliff.* 5.

Jasminum arabicum folio aurantii, flore pleno. *Herm. zeyl.* 32.

Jasminum limonii folio conjugato, flore odorato pleno vario. *Burm. zeyl.* 128. t. 58. f. 2.

Syringa arabica, foliis mali aurantii. *Bauh. pin.* 398.

Nalla-mulla. *Rheed. mal.* 6. p. 87. t. 50.

Descr. *Arbustula in hortis Europæis hodie frequens.*

Folia ovata cum parvo mucrone, opposita, sæpius terna, petiolis brevissimis. Flores in corymbum, ætiferis corollis.

JASMINUM.

13. JASMINUM foliis oppositis ternatis. *Hort. cliff.* 5.

Jasminum sylvestre triphyllum, floribus rubellis umbellatis. *Burm. zeyl.* 127. t. 58. f. 1.

Jasminum album trifoliatum, flore magno, ex insula maderensi. *Pluk. alm.* 195. t. 303. f. 1.

Jasminum azoricum trifoliatum, flore albo odoratissimo. *Comm. hort.* 1. p. 159. t. 82.

Waldpidscha. *Herm. zeyl.* 44.

CHIONANTHUS.

14. CHIONANTHUS pedunculis multifloris paniculatis.

Arbor zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis, floribus albis cuculi modo laciniatis. (*Pluk.*)

Burm. zeyl. 31.

Ghæriethagas s. Arbor bovina. *Herm. zeyl.* 33. 23.

Descr. *Arbor foliis oppositis, obverse ovatis, utrinque*

glabris, integerrimis, subpetiolatis. Panicula florum ex singula foliorum ala singula, pedunculo subdiviso flosculis subsessilibus. Stamina duo sunt.

- Obf. *Utrum hæc eadem sit varietas CHIONANTHI pedunculis trifidis trifloris, quam delineat Pluk. phyt. 241. f. 4. & Catesb. carol. 1. t. 68. vel an distincta species, dubius hæreo; certe facies hujus admodum recedit. Folia in zeylanica crassiora. Panicula sæpe 40 flosculis; flosculi subsessiles, petala longe breviora, ut pro distincta specie potius quam pro varietate haberem.*

ERANTHEMUM.

15. ERANTHEMUM.

Descr. Herba facie Phlogis, Lychnidis aut Mirabilis. Folia lanceolato-ovata seu ovata utrinque acuta, opposita, petiolis longis insidentia, integerrima, glabra, venosa, magna. Pedunculi terminantes. Caules longi, terminati unica vel tribus spicis ex Bracteis lanceolatis, viridibus, imbricatis; intra singulas flos longus, purpureus, Phlogis facie.

JUSTICIA.

16. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis persistentibus, corollarum galea concava.

Justicia foliis ovato-lanceolatis, spicis foliosis, florum galea concava. Hort. cliff. 9.

Ecbolium. Riv. monop. 129.

Adhatoda zeylanensium. Herm. lugdb. 642. t. 643.

Pluk. alm. 9. t. 173. f. 3. Burm. zeyl. 6.

Adhatoda, Wanæpala malab. Herm. zeyl. 23.

Descr. Arbor foliis ovatis, utrinque acuminatis; bracteis spicæ avencis, obtusis, concavis, persistentibus; corollarum labio superiore rotundato, concavo, incumbente.

17. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis acumine ovatis deciduis, corollarum galea reflexa.

Ad-

Adhatoda spica longissima, flore reflexo. *Burm. zeyl.*
7. t. 4. f. 1.

Arbor zeylanica floribus cæruleis in spica dispositis.
Herm. zeyl. 33.

Frutex indicus spicatus, floribus galeatis, vasculo bi-
valvi dubio. *Raj. hist.* 1709.

Curini forte prima species s. Carim curini. *Pluk:*
alm 126. t. 171. f. 4.

Carim curini. *Rheed. mal.* 2. p. 31. t. 20.

Descr. Arbor foliis & facie præcedentis; sed spica
constans bracteis ovatis, planis, apice acumine ar-
matis, deciduis. Calyces, postquam bractea & ca-
psulæ deciderunt, persistunt.

18. JUSTICIA foliis lanceolato-ovatis, bracteis ova-
tis acuminatis venoso-reticulatis coloratis.

Adhatoda flore minori. *Tournef. hist.* 175.

Betonica frutescens. *Bont. jav.* 146. *Herm. zeyl.* 149.
hormini sativi coma, amaranthi foliis. *Burm.*
zeyl. 47.

Frutex indicus spicatus, florum pediculis brevibus.
Raj. hist. 1709. *Comm. mal.* 125.

Bem-curini. *Rheed. mal.* 2. p. 126. t. 21.

Descr. Caulis fere antecedentium, sed magis herba-
ceus. Folia minora, remotiora, lanceolato-ovata.
Spica ex bracteis undulatis, oppositis, ovatis, acumi-
natis, venoso-reticulatis, coloratis. Stamina duo, an-
theris didymis. Corollæ galea lata ut in prima
specie, sed labium inferius aliter constructum.

19. JUSTICIA procumbens foliis sublanceolatis in-
tegerrimis, spicis terminatricibus lateralibusque
alternis, bracteis setaceis.

Euphrasia, alfine angustiore folio, rubiæ modo spi-
cata golcondæ. *Pluk. alm.* 142. t. 56. f. 3.

Planta spicata, floribus cæruleis, hulunaykola dicta.
Burm. zeyl. 194.

Hulunaykola. *Herm. zeyl.* 2. 4. 15. 32.

Descr. *Planta herbacea repens. Caules procumbentes, ramis alternis. Folia opposita, ovato-lanceolata, integerrima, petiolata, scabra. Spicæ nudiusculæ, terminatrices vel ex alternis alis ex bracteis linearibus, bispidis ortæ.*

20. JUSTICIA repens, foliis ovatis subcrenatis, spicis terminatricibus, bracteis lanceolatis.

Adhatoda spicata, flosculos ex foliolis membranaceis producens. *Burm. zeyl. 7. t. 3. f. 2.*

Adhatoda maderaspatana, spica longa foliacea marginibus albis. *Pet. mus. 338.*

Hulunaykolæ species alia. *Herm zeyl. 21.*

Hulunaykolæ alia species longe humilior spica semunciali. *Burm. zeyl. 194.*

Descr. *Facies plantæ Thymi acinos dicti, in specimine Hermanniano Folia longe latiora quam in Burmanni figura, ovata, crenulata. Caules procumbentes & geniculis radices agentes. Spicæ bracteis lanceolatis, minime ad margines membranaceis, hinc dubius adpono synonyma Burmanni & Petiveri.*

21. JUSTICIA foliis lanceolato-linearibus obtusis sessilibus, racemis ascendenti secundis, bracteis scetaceis.

Euphrasie adfinis indica echioides. *Herm. lugdb. 568. t. 669. Comm. mal. 28. Raj. hist. 1885.*

Digitali similis planta bicapsularis, flore tubuloso, galea trifida & labio integro obtuso constante. *Burm. zeyl. 88.*

Gratiolæ adfinis echioides zeylanica major. *Breyn. prodr. 2. p. 54.*

Buglossum echioides zeylanicum, foliis convolvuli indici minoris cærulei. *Breyn. E. N. C. an. 4. obs. 159. Raj. hist. 493.*

Pectumba. *Rheed. mal. 9. p. 87. t. 46.*

Kawa-tumba, Kautumba, Kawaluwa. *Herm. zeyl. 13. 29.*

- β *Digitalis zeylanica* hirsuta, foliis sesami angustioribus. *Burm.zeyl.* 88. t. 38. f. 2.
 Aſwenna. *Herm.zeyl.* 46. 59. 62.
 Descr. *Herbacea planta. Folia lato-linearia, opposita. Racemi simplices ex alis singulis, longitudine foliorum, patuli: floribus sessilibus, remotis, erectis. Calyces setacei, longi.*

UTRICULARIA.

22. *UTRICULARIA* nectario conico. *Flor. lapp.* 14. *Flor. suec.* 24. *Roy.lugd.* 304.
Lentibularia. Riv.monop. 78.
Lentibularia zeylanica. Burm.zeyl. 140.
Millefolium aquaticum lenticulatum. Baub.pin. 141.
Millefolium galericulatum. Herm.zeyl. 9.
 Obs. *Planta hæc est fere unica, quæ ex Europæis in Zeylona ab Hermanno lecta fuit.*
23. *UTRICULARIA* scapo nudo: squamis alternis vagis subulatis,
 Planta aquatica aphyllis repens, flore cæruleo.
Comm.mal. 54.
 Aphyllis aquatica indica volubilis, flore dipetalo difformi, calcari donato. *Raj.app.* 409.
 Nelipu. *Rheed.mal.* 9. p. 137. t. 70.
 Rudhumeti, Ranahændya. *Herm.zeyl.* 18. *Burm.zeyl.* 208.
 Descr. *Caulis nudus, semipedalis, filiformis, erectus, squamis vagis, subulatis. Flores pauci in apice, subsessiles, calcari longitudine floris. (Colorem corollæ Hermannus cæruleum esse adserit). Ad radicem nulla folia in specimine video.*

MONARDA.

24. *MONARDA* floribus verticillatis, foliis subcordatis, calycibus pilosis involucrio longioribus.
Marrubium odoratissimum, betonicæ folio. Burm.zeyl. 153. t. 71. f. 1.

Marrubium jakwanassa zeylonensibus. *Grim. zeyl.*
129.

Jakwanassa. *Herm. zeyl.* 30.

Descr. Folia (*Nepetæ*) *subcordata, in petiolos decurrentia, acuta, profunde serrata, petiolis longis insidentia, subvillosa. Caulis quadrangularis, lateribus excavatis. Rami oppositi. Verticilli sessiles, supremi confertiores in spicam; calyces bracteis linearibus, ejusdem longitudinis, villosi. Corollarum labium superius angustum, longum.*

DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM.

25. ANTHOXANTHUM spica lineari, flosculis sessilibus arista brevioribus.

Gramen geniculatum brevifolium crispum, spica purpuro-sericea, maderaspatanum. *Pluk. alm.* 177. t. 119. f. 1.

Gramen alopecuroides. *Burm. zeyl.* 105.

Kawula. *Herm. zeyl.* 5.

Descr. Culmus *pedalis, articulatus, ascendens. Folia lata, brevia. Spica angustissima, rara, ex flosculis sessilibus, sparsis. Calycis gluma bivalvis, acuminata, singula valvula in aristam longam desinente. Ad Anthoxanthi genus proxime accedit hoc gramen, facie quamvis diversissimum; stamina tamen numerare non licuit.*

TRIGYNIA.

PIPER.

26. PIPER foliis ovatis subseptinerviis glabris, petioliis simplicissimis.

Piper rotundum ex malabara, foliis latis quinque-nerviis. albicantibus. *Herm. zeyl.* 52. *Burm. zeyl.* 193.

Piper

Piper rotundum nigrum. *Baub. pin.* 411. *Raj. hist.*

1341. — *Pluk. alm.* 297. t. 437. f. r.

Piper nigrum. *Dal. pharm.* 361.

Molago-Codi. *Rheed. mal.* 7. p. 23. t. 12.

Lada. *Pis. mant.* 492.

Pharmac. PIPERIS NIGRI *Fruktus, Oleum, ol. cott.*

β Piper rotundum album. *Baub. pin.* 411. *Raj. hist.*

1342.

Piper album. *Dal. pharm.* 361.

Pharmac. PIPERIS ALBI *Fruktus.*

Descr. *Caulis levis, spongiosus, articulatus, dichotomus.*

Folia alterna, ovata, subacuminata, obtusiuscula, utrinque glabra, crassa, integerrima, petiolata, quinque-nervia; nervis duobus e basi, tribus intra discum folii enatis; horum tres interiores ad apicem folii excurrunt, laterales in medio itinere deliquescunt; Et præter hos duo nervi laterales versus basin conspicui, sed brevissimi moxque deliquescentes: omnes utrinque elevati, sed inferius majores. Spica pedunculata e regione petioli, constans baccis sessilibus, copiosis, oblonga. Petioli teretiufculi, nec denticulati.

27. PIPER foliis ovatis oblongiusculis acuminatis septinerviis, petiolis bidentatis.

Piper, qui Saururus foliis septinerviis oblongo-acuminatis. *Burm. zeyl.* 193. t. 82. f. 2. *optima.*

Piper longum, foliorum nervis decurrentibus tenuibus & mollioribus, Betle dictum. *Morif. hist.* 3. p. 603.

Betele Tambul sive Betre. *Burm. zeyl.* 46.

Betre seu Betelle. *Baub. hist.* 1. p. 437. *Raj. hist.*

1913.

Betele. *Acoft. arom. c.* 10.

Betre seu Betle. *Clus. exot.* 176. t. 176. *bona.*

Betle. *Dal. pharm.* 313.

Béetla-codi. *Rheed. mal.* 7. p. 29. t. 15.

Bulatwæla. *Herm. zeyl.* 34. 36. 66.

Descr. *Caulis levis, striati, angulati. Folia ovata, acuminata, basi parum obliqua, septinervia, quorum tres*

tres intermediæ ad apicem folii excurrunt, extimi brevissimi. Pedunculus petiolo oppositus eoque longior. Spica cylindrica, sæpe una cum pedunculo pendula. Petiolus basi canaliculatus introrsum bidentatus. Nervi foliorum, ubi excurrunt, alterni sunt.

28. PIPER foliis ovatis acutiusculis subtus scabris: nervis quinque subtus elevatis.

Piper frutex americanus, spica longa gracili. *Pluk. alm. 297. t. 215. f. 2. opt.*

Amolago. *Rheed. mal. 7. p. t. 16. Raj. app. 641.*

Wallanradhu. Walmiris. *Herm. zeyl. 20. 24.*

- Descr. Caules teretes, striati, volubiles. Folia ovata, acuta, quinquenervia, tenuia, supra viridia, subtus subcinereo-scabra: nervis quinque, nec pluribus, supra minime elevatis. Petioli teretes.*

29. PIPER foliis cordatis subseptinerviis venosis.

Siriboa bontii, Beteles species, folio lato. *Herm. zeyl. 32.*

Beteles species folio lato, Siriboa bontii, *Burm. zeyl. 46.*

Betele, quem incolæ Sirii-boa vocant. *Bont. jav. 91. t. 91. pessima.*

Descr. Caulis lævis, minus durus. Folia cordata, alterna, spithamea, petiolata, acuta: nervis alternis 9, quorum tres interiores ad apicem excurrunt: extimi brevissimi, reliqui sensim longiores, omnes venis anastomosantibus. Pedunculus e regione petioli. Spica tenuis, angusta. Petioli teretes, nec vaginantes. An Saururus?

30. PIPER foliis cordatis petiolatis sessilibusque.

Piper longum orientale. *Baub. pin. 412.*

Piper longum. *Raj. hist. 1343. Dal. pharm. 313.*

Piper longum, pistolochiæ foliis absque pediculis, maderaspatanum. *Pluk. alm. 297. t. 104. f. 4.*

Cattu-tirpali. *Rheed. mal. 7. p. 27. f. 14.*

Phar-

Pharmac. PIPERIS LONGI *Fructus*.

Descr. *Facies Aristolochiæ pistolochiæ. Folia cordata, nervosa, petiolata, petiolis simplicissimis; superiora cordata, oblonga, sæpe sessilia, obtusiora, angustiora, amplexicaulia. Pedunculus e regione folii. Rami dichotomi.*

Classis III.

TRIANDRIA.
MONOGYNIA.

COMMELINA.

31. COMMELINA corollis æqualibus, pedunculis c-pillaribus, foliis lineari-lanceolatis.
Ephemerum maderaspatanum, longissimo angusto folio. *Mo is. hist. 3. p. 606.*
Ephemerum phalangoides maderaspatense minimum, foliis perangustis, perfoliatum. *Pluk. alm. 135. t. 27. f. 4.*
Diamnerya. *Herm. zeyl. 16.*
Descr. *Herba. Folia lanceolata, nervosa, angusta, vaginis friatis.*
32. COMMELINA corollis æqualibus, involucris spicatum imbricatis.
Ephemerum zeylanicum procumbens inflatum. *Herm. par. d. 148. descr. Raj. app. 566. Burm. zeyl. 94.*
Bolhida. *Herm. zeyl. 53.*
Descr. *Planta repens in putridis arboribus. Involucra ex foliis cordatis, conferta imbricatum in spicam secundam, e cujus singula squama flos emergit.*

TA-

TAMARINDUS.

33. TAMARINDUS. *Hort. cliff.* 18. *Raj. hist.* 1748.
Sloan. flor. 147. *Tournef. att.* 1699. p. 69. *Dal.*
pharm. 371. *Burm. zeyl.* 222.
 Tamarindi. *Marcgr. bras.* 107.
 Tamarindus Detelide appellata. *Alp. egypt.* 351.
 Siliqua arabica, quæ Tamarindus. *Baub. pin.* 403.
 Jutay five Tamarindus. *Pis. bras.* 157.
 Balom-pulli. *Rheed. mal.* 1. p. 39. t. 23.
 Hiabila, Hiæmbala. *Herm. zeyl.* 27. 60.
 Pharmac. TAMARINDI *Fructus, Palpa.*

OLAX.

34. OLAX.
 Arbor stercoraria zeylanica glandifera. *Burm. zeyl.*
 26.
 Mella-hola. *Herm. zeyl.* 13.
 Descr. *Arbor ramis flaccis, rugosis (visti), alternis.*
Folia ovata, glabra, avenia, alterna, integerrima,
petiolata. Pedunculi brevissimi, subramosi, ex alis
foliorum.

XYRIS.

35. XYRIS foliis gladiatis. *Gron. virg.* 11.
 Gladiolus indicus, flore tripetalo. *Rudb. elys.* 2. p.
 17. f. 8.
 Gladiolo lacustri accedens malabarica, e capitulo bo-
 tryoideo florifera. *Pluk. alm.* 170. t. 416. f. 4.
 Gramen indicum, capitulis oblongis, floribus aureis
 squamatis. *Burm. zeyl.* 109.
 Gramen florens, capitulo squamoso. *Raj. hist.* 1313.
Comm. mal. 34.
 Gramen junceum brasilianum, capite ovali squamo-
 so florido. *Morif. hist.* 3. p. 229. f. 8. t. 9 f. 28.
 Jupicai brasiliensibus, Erva d' empige lusitanis. *Pis.*
bras. 238.
 Kotjiletti-pullu. *Rheed. mal.* 9. p. 139. t. 7.

Ran-

Ranmotha. *Herm. zeyl.* 41.

CYPERUS.

36. CYPERUS culmo triquetro subnudo, umbella decomposita, spiculis alternis linearibus.

Gramen cyperinum zeylanicum vulgare minus, *Burm. zeyl.* 107.

Gramen cyperoides rarius & tenuius spicatum e maderaspatan. *Pluk. alm.* 179. t. 192. f. 1. male.

Hiri. Kalandara. *Herm. zeyl.* 2.

Descr. Culmus herbaceus, vix pedalis, triqueter, nudus, inferne vestitus foliis quatuor alternis, gramineis.

Panicula ex pedunculis pluribus, nudis, quorum singulus 4 vel 5 spicas distichas, oblongas, fere lineares & unico in medio pedunculo brevissimo, similiter spiculis instructo. Radix aliquot bulbos gerit. Involucrum ex 2 sive 3 foliis longitudine umbellæ.

37. CYPERUS culmo triquetro, umbella supradecomposita, spiculis umbellato-fessilibus.

Gramen cyperinum junceum longissimum, Haspan vocatum. *Burm. zeyl.* 108.

Gramen cyperoides maderaspatanum, panicula magis sparsa & speciosa. *Pluk. phyt.* 192. f. 2.

Halpan. *Herm. zeyl.* 23.

Descr. Culmus pedalis, acute triqueter, nudus. Folia ad radicem vix ulla, vel ovata. Umbella ter prolifera, spiculae ad apices ex uno centro enatae, sessiles. Involucrum diphyllum, vix umbella longius.

SCIRPUS.

38. SCIRPUS culmo triquetro, umbella simplici, spicis ovatis.

Gramen cyperoides americanum spicis grandioribus oblongo-rotundis sparganii in modum echinatis, ad summum caulem pediculis longis innitentibus. *Pluk, alm.* 179. t. 91. f. 4.

Gra-

Gramen cyperinum zeylanicum porcinum, capitulis conglobatis rotundis. *Burm. zeyl. 107.*

Urukiri. *Herm. zeyl. 7.*

Descr. Culmus *spithamæus, nudus, triqueter. Folia cariciformia, longitudine culmi. Spicæ subovatæ 8, pedunculis propriis tanquam in umbella, solitariæ, constantes capsulis acuminatis absque interjectis squamis. Involucrum ex 4 vel 5 foliolis longis.*

39. SCIRPUS culmo teretiусculo feminudo, spicis capitatis sessilibus, involucro diphylo setaceo.

Gramen pusillum, junci capitulis minimis, ad basin foliolis binis auctis. *Burm. zeyl. 108. t. 47. f. 2. (tenerior.)*

Descr. Culmus *digitalis, crassitie jetæ porcinae, nudus, inferne vestitus aliquot foliolis setaceis, brevissimis. Spicæ tres vel quatuor, ovatæ, sessiles, in capitulum collectæ: involucrum ex duobus foliolis setiformibus, capitulo paulo longioribus.*

40. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella decomposita, spicis dichotomis sessilibus.

Gramen parvum, spica triunciali ramosa, instar cyperi miliacei. *Herm. zeyl. 26: Burm. zeyl. 107.*

Gramen cyperoides maderaspatanum, juncelli gesneri capitulis sparsis. *Pluk. alm. 179. t. 119. f. 3.*

Descr. Folia *plana, graminea, dura caricis, in cespitem congesta. Culmus vix digiti longitudine, nudus, triqueter. Umbellæ aliquot rami bifidi longiores, singulo apice spicam ovatam undique imbricatam tenentes, & spicam sessilem in dichotomia; alii pedunculi ex umbellæ centro simplices unica spica. Involucrum diphyllum longitudine umbellæ.*

DIGYNIA.

BOBARTIA.

41. BOBARTIA spicis capitatis, involuero folioso.
 Scirpus maderaspatanus, capitulo squamoso subrotundo. *Scheuch. hist.* 369.
 Descr. Culmus teres, nudus, altus, terminatus Spicis oblongis, cylindricis, multis, sessilibus, confertis in capitulum, quod excipitur ab involuero diphylo: altero brevior ex folio horizontali, ventricoso, acuminato, longitudine capituli; altero vero basi ventricoso, mox tereti, acuminato, capitulo quinquies longiore, horizontali.

PANICUM.

42. PANICUM spica composita, spiculis linearibus secundis, flosculis geminatis remotis, calycibus aristatis.
 Gramen zeylanicum ex una parte aristis donatum, spica divisa. *Herm. zeyl.* 36.
 Descr. Gramen foliis latissimis, fere *Commelie* sive ovato-lanceolatis Spicæ alternæ, remotissimæ, lineares, 4 à 5, erectæ, scapo approximatae constituentes unam spicam; singulae a latere exteriori tantum flosculis alternis remotis instructæ; flosculi bini sessiles: calyce bivalvi, ovato-lanceolato, valvulis in aristas rectam terminatis, & præter has unica valvula majori mutica. Corolla involvit semina ut in Panicis.
43. PANICUM paniculatum, foliis ovatis acuminatis.
 Gramen miliaceum, latiore folio, maderaspatanum. *Pluk. alm.* 176. t. 189. f. 4.
 Gramen tremulum minus, Itana zeylonensibus. *Burm. zeyl.* 111.
 Itana, idadhu. *Herm. zeyl.* 6.

B

Descr.

Descr. Hoc gramen repens est. Folia ovata, ample-
xicaulia, acuminata, lævia; latiora in hoc gramine,
respectu longitudinis, quam in ullo alio, quod vidimus;
hinc culmus quasi Commelinæ. Vaginæ angustæ, stri-
atæ; caulis inferne sæpe ramosus. Panicula minus
ampla e tenuissimis & fere capillaribus pedunculis; flo-
res etiam parvi, mutici.

Obs. Gramen paniculatum, locustis tenuissimis subrotun-
dis. *Burm. zeyl. 110. t. 47. f. 3.* *Meneritana. Herm.*
zeyl. 24. parum a præcedente differt foliis longioribus,
panicula crassiore, floribus majoribus, rotundioribus.

44. PANICUM spica tereti, involucris bifloris fasci-
culato-pilosis.

Gramen alopecuroides maderaspatanum, spica quasi
geniculata molli. *Pluk. alm. 177. t. 190. f. 6. mala.*

Gramen typhoides album. *Herm. zeyl. 32. Burm.*
zeyl. 111.

Descr. Folia graminea; ubi vaginæ exeunt in folium, barba-
tæ sunt. Spica oblonga, crassa, uti vulgaris panici ex flo-
sculis brevissimis pedunculis infidentibus; singulo pedun-
culo fasciculus setarum lateralium pilosarum infidet, &
intra hunc flosculi duo mutici, fasciculo fere breviores,
quorum singuli constant calyce ovato, diphylo, muti-
co, & corolla diphylla, mutica; horum, qui paulo
major est flosculus, hermaphroditus est, alter vero vide-
tur masculus.

LAGURUS.

45. LAGURUS paniculæ ramis supra decomposito-
proliferis.

Arundo zeylanica sacra, odore & sapore calami aro-
matici. *Burm. zeyl. 35.*

Arundo indica odorata. *Græm. zeyl. 120.*

Calamus odoratus matthioli. *Baub. pin. 17. theatr.*
263.

Pengrinam. *Herm. zeyl. 26.*

Descr.

Descr. *Magnitudo Arundinis. Ex alis summorum foliorum, a latere culmi plano, prodeunt e vagina duo pedunculi, quorum alter brevior ex sinu producit aliquot pedunculos breves, iterum proliferos; alter vero pedunculus longior, sæpius prolifer est, hinc panicula mixta foliolis calycem mentientibus.*

POA.

46. POA spiculis octifloris linearibus.

Gramen paniculatum ex oris malabaricis, panicula delicatiore. *Pluk. alm. 176. t. 300 f. 2.*

Gramen amoris minus. *Herm. zeyl. 25. Burm. zeyl. 105.*

Descr. *Folia graminea, stricta, ad angulum acutum exeuntia. Panicula sparsa, undulata. Spicæ ovato-lineares, ad summum 8 flosculis. Facie paniculæ & spiculorum maxime accedit ad Pluk. phyt. 92. f. 2. licet diversum gramen.*

ARUNDO.

47. ARUNDO arbor. *Baub. pin. 18. Hort. cliff. 29.*

Arundo indica arborea maxima, cortice spinoso, Tabaxin fundens. *Burm. zeyl. 35.*

Arundo arborea Mambu & Bambu dicta. *Plum. alm. 53.*

Tabaxir & Mambu arbor. *Baub. hist. 1. p. 222.*

Ily. *Rheed. mal. 1. p. 25. t. 16.*

Unaghas. *Herm. zeyl. 46.*

TRIGYNIA.

ERIOCAULON.

48. ERIOCAULON culmo quinquangulari, calyce universali pentaphyllo.

Randalia maderaspatana, graminis folio, globulifera. *Pet. mus.* 796.

Scabiosa graminis nudicaulis, capitulis argenteis, sive Statice minima maderaspatana. *Pluk. alm.* 366. t. 221. f. 7.

Kokmatha minor. *Herm. zeyl.* 20.

Descr. *Non confundenda est hæc species cum Americæ septentrionalis planta, quæ Eriocaulon caule decemangulari, foliis gramineis. Eriocaulon noveboracense capitulo albo globoso &c. Pluk. phyt.* 409. t. 5. *Randalia mariana procerior. Pet. gaz.* t. 6. f. 2. *Globulariæ adfinis aquatica, caule tenui aphylo gramineo &c. Gron. virg.* 13.

49. ERIOCAULON culmo sexangulari, foliis ensiformibus.

Gramen junceum, chamæmeli capitulis aphyllis albis. *Burm. zeyl.* 108.

Gramen junceum indiæ orientalis minus, capitulo rotundo ex paleaceis spiculis in cacumine caulis glomerato. *Pluk. mant.* 98.

Kokmata. *Herm. zeyl.* 7.

Descr. *Foliola capitulum loco calycis universalis cingentia orbiculata sunt, nec, ut in præcedente, angusta.*

50. ERIOCAULON culmo sexangulari, foliis setaceis.

Randalia malabarica, capillaceo folio, *Petro. topic.* 344.

Statice minima indiæ orientalis, capillaceis foliis, capitulis argenteis. *Amm. herb.* 396.

Gramen junceum, chamæmeli capitulis albis aphyllis, minus. *Burm. zeyl.* 109.

Gramen junceum, foliis capillaceis sericeis, capitulis minus rotundis. *Burm. zeyl.* 109.

Tſceru-kotſyelleti-pullu. *Rheed. mal.* 12. p. 129. t. 63. *Comm. mal.* 67.

Penda. *Herm. zeyl.* 8.

Descr. Folia in hac specie omnino setacea; vagina membranacea instar spathe ad basin culmum includit.

Radices in aquis dispersæ sunt.

MOLLUGO.

51. MOLLUGO foliis quinis obverse ovatis inæqualibus, floribus paniculatis.

Alfina ramosa procumbens quadrifolia, ad radicem polyphylla. *Burm. zeyl.* 13. t. 8. f. 1. bona.

Alfina foliis ad radicem positis. *Burm. zeyl.* 14. t. 8. f. 2.

Alfina spergulæ facie maderaspatensis, foliis latioribus, semine minutissimo nigro. *Pluk. alm.* 21. t. 118. f. 1. an?

Wisnagarandi. *Herm. zeyl.* 33. certe.

52. MOLLUGO foliis oppositis lanceolatis, ramis alternis: pedunculis lateralibus confertis unifloris.

Jeonpala. *Herm. zeyl.* 4. *Burm. zeyl.* 130.

Descr. Herba annua, ramis longis, diffusis, glabris, alternis. Folia opposita, lanceolata, glabra, in petiolos desinentia. Pedunculi plures, æquales, capillares, uniflori ex alis. Calyces pentaphylli. Stamina tria. Pistilla non vidi.

Classis IV.

TETRANDRIA.
MONOGYNIA.

CEPHALANTHUS.

53. CEPHALANTHUS foliis oppositis.
Platanocephalos citri foliis bijugis, capite majore.
Vaill. act. 1722. p. 259.
Arbor indica fructu aggregato globofo. *Raj. hist.*
1441.
Katu-Tsiaca. *Rheed. mal.* 3. p. 29. t. 33.

IXORA.

54. IXORA foliis ovalibus semiamplexicaulibus.
Jasminum flore tetrapetalo, *Ixora Linnæi*, Schetti
horti mal. *Burm. zeyl.* 125. t. 57.
Jasminum arborescens indicum, flore tetrapetalo
umbellato phœniceo, foliis laurinis latioribus.
Breyn. prodr. 2. p. 58. fil. p. 72. *Comm. mal.* 36. *Raj.*
dendr. 50.
Jasminum indicum, lauri folio, inodorum umbella-
tum, floribus coccineis. *Herm. prodr.* 342. *Pluk.*
alm. 196. t. 59. f. 9.
Jasminum zeylanensium inodorum coccineum bacci-
ferum. *Barthol. act.* 3. p. 38.
Frutex baccifer malabaricus, fructu calyculato ro-
tundo rubro polyspermo. *Raj. hist.* 1357.
Schetti. *Rheed. mal.* 2. p. 17. t. 13.
Ratabala, Ratambala, Kalabala. *Herm. zeyl.* 36. 60.
55. IXORA foliis ovato-lanceolatis.
Jasminum flore tetrapetalo flavo, *Bemschetti*. *Burm.*
zeyl. 126.

Jasminum arborescens indicum, flore tetrapetalo umbellato, foliis laurinis longioribus & angustioribus. *Breyn. prodr. 2. p. 58. fil. p. 72.*

Jasminum indicum laurifolium inodorum umbellatum, floribus albicantibus & Schetti album. *Pluk. alm. 196. t. 109. f. 2. Comm. mal. 37.*

Bemschetti. *Rheed. mal. 2. p. . t. 14.*

Ratabala. *Herm. zeyl. 15.*

Obs. *Admodum adfinis præcedenti, & forte sola varietas.*

PAVETTA.

56. PAVETTA.

Sambucus humilis zeylonica Pawatha zeylonensibus. Herm. prodr. 373. Burm. zeyl. 209.

Arbor malabaricensium, fructu lentisci. *Baub. pin. 399.*

Pavate arbor, foliis mali aureæ. *Baub. hist. 2. p. 102.*

Pavate. *Acoft. arom. 256. Dalech. hist. 1862. Raj. hist. 1581.*

Pavetta f. Mallecomothe. *Rheed. mal. 5. p. 19. t. 10.*

Pawatha. *Herm. zeyl. 3.*

Descr. *Arbor. Folia obverse ovata, subacuta, opposita, petiolata (ergo non Plukenetii), corymbi compositi.*

AVICENNIA.

57. AVICENNIA.

Anacardium. Baub. pin. 511. Baub. hist. 1. p. 334. Comm. mal. 4. Dal. pharm. 339.

Anacardium orientale. Pluk. alm. 28. Jonst. dendr. 156.

Anacardium alterum sive medium & legitimum. Geoffr. mat. 2. p. 396.

Arbor indica, fructu conoide, cortice pulvinato nucleum unicum nullo officulo tectum claudente. Raj. hist. 1566.

Oepata. Rheed. mal. 4. p. 95. t. 45.

Pharmac. ANACARDII ORIENTALIS *Fruetus.*

ELÆAGNUS.

58. ELÆAGNUS foliis ovatis. *Roy. lugdb.* 256.
 Elæachnus foliis rotundis maculatis. *Burm. zeyl.* 92.
t. 39. *f.* 2.
 Olea sylvestris, argenteo folio, zeylanica. *Pluk.*
alm. 269.
 Zizyphus zeylanica argentea, mali cotoneæ folio.
Raj. dendr. 44.
 Zizyphus zeylanica argentea, spinis carens. *Herm.*
prodr. 386.
 Zizyphus alba argentea zeylanica hermanni. *Breyn.*
prodr. 2. *p.* 105.
 ß Eleachnus foliis oblongis acuminatis maculatis.
Burm. zeyl. 92.
 Wælxambilla. *Herm. zeyl.* 8.
 Obs. Radix tuberosa est.

TOMEX.

59. TOMEX tomentosa.
 Arbor malabarica Illa dicta, cujus cortice vescuntur
 Indi defectu foliorum beteles. *Burm. zeyl.* 26.
 Illa. *Herm. zeyl.* 11.
 Descr. Arbor singularis & sine pari. Crassum tomen-
 tum investit ramos, pedunculos, petiolos, ut nil simile,
 & quasi pannus. Folia ovata, magnitudine manus,
 opposita, acuminata, integerrima, coriacea, rugosa,
 muda, subtus tomentosa una cum venis, petiolata.
 Pedunculi axillares, solitarii, dichotomi, longitudine
 petiolorum, divaricati.
 Obs. Tota structura fructificationis ad Callicarpum
 accedit, nec repugnat facies; sed petala quatuor di-
 stincta, filamenta receptaculo inserta, fructus cum
 in hac ignotus sit, conjungere genera non audeo.

CISSUS.

60. CISSUS.
 Vitis maderaspatana, fructu azureo, folio subrotun-
 do & anguloso. *Pet. mus.* 696.

Hedera

Hedera indica, folio simplici integro, claviculata
ramosa, racemis laxis, uvis rotundis nigris. *Raf.*
dendr. 37.

Arbuscula baccifera circumplicatilis, vitigineo folio
subtus lanato, fructu racemoso fervidiore odore.
Pluk. mant. 27. t. 337. f. 2.

Schunambu-valli. *Rheed. mal.* 7. p. . t. 11.

Galberija. *Herm. zeyl.* 22. *Burm. zeyl.* 105.

Descr. Folia alterna, petiolata, obsolete quinqueloba
(*Malvæ*), tomentosa. Pedunculus e regione petioli,
umbellatus, umbella prolifera.

EXACUM.

61. EXACUM floribus sessilibus.

Centaurium zeylanicum minus, flore luteo. *Herm.*
zeyl. 36. *Burm. zeyl.* 57.

Planta annua, facie centaurii æthiopici. *Pluk. phyt.*
275. f. 3. sed flores diversissimi.

Descr. Caulis erectus, spithameus, tetragonus, levis,
simplex, superne dichotomus. Folia opposita, ovata,
sessilia, integerrima. Flores ex divaricationibus cau-
lis, solitarii, sessiles; foliis majores. Hujus generis vi-
detur *Centaurium minus hypericoides*, flore luteo,
lini capitulis. *Pluk. mant.* 43. t. 343. f. 3.

SPERMACOCE.

62. SPERMACOCE hispida, foliis oppositis obverse
ovatis.

Galeopsis zeylanica, folio oblongo, flore albo. *Burm.*
zeyl. 103. t. 20. f. 3. minus bona.

Digitalis aspera repens rotundifolia. *Burm. zeyl.* 33:
Aswanna. *Herm. zeyl.* 3.

Descr. Rami herbacei, procumbentes, simplices. Flo-
res verticillati, sessiles. Perianthium tetraphyllum,
angustum, supra fructum. Semina duo, distincta dis-
sepimento, licet capsula calyce adnato arte circumda-
ta nec debiscens. Folia ovata, integerrima, opposi-
ta, subpetiolata. Tota planta scabra.

HEDYOTIS.

63. HEDYOTIS foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminantibus involucretis.
 Valerianella foliis nervosis acutis, flosculis in caulium summo quasi involucretis. *Burm. zeyl. 227. t. 107.*
 Arbor zeylanica, folio caryophylli barbati. *Herm. zeyl. 35. Burm. zeyl. 29.*
 Waxranya. *Herm. zeyl. 4.*
 Descr. *Facies phyllitidis. Caulis tetragonus. Folia opposita, lanceolata, petiolata, glabra, nervosa, integerrima. Stipulæ ovato-rhombæ, latæ, breves. Corymbi terminantes bracteati s. trifidi. Calyx quadrifidus. Corolla infundibuliformis, quadrifida. Filamenta corolla paulo longiora. Antheræ oblongæ. Germen infra calycem. Stylus unicus, bifidus, obtusus. De fructu nulla nobis certitudo.*
64. HEDYOTIS foliis lanceolato-ovatis, floribus verticillatis.
 Valerianella palustris, foliis nervosis oblongis, flosculis ad caulium nodos inter foliorum sinus collectis. *Burm. zeyl. 227. t. 108. f. 1.*
 Mentha zeylonica aquatica inodora latifolia. *Herm. zeyl. 35. Burm. zeyl. 158.*
 Planta zeylanica menthæ aquaticæ in insula Zeylon nascentis species. *Raj. dendr. 134.*
 Auricularia. *Del. pharm. 160.*
 Auricularia indorum ad surditatem efficax, anglis Ear-wort vulgo. *Marlow. obs.*
 Obs. *Specificum in surditate fertur esse remedium, & a Menthæ specie pro qua habitum longe diversissimum.*
 Descr. *Caules glabri, longi. Rami longi, articulati, alterni. Folia lanceolato-ovata, subsessilia, glabra, nervosa, integerrima, opposita, pendula; stipulæ dentatæ pedunculos conjungentes. Flores verticillati, multi, pedunculis propriis brevissimis ex singula ala.*

65. HEDYOTIS foliis lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis.

Descr. Caulis *semipedalis, herbaceus, dichotomus, patens*. Folia *opposita, lanceolata, raro repanda, avenia, vix petiolata*. Pedunculi *duo, uniflori, longitudine fere foliorum, ad singulam caulis ramificationem*. Corolla *infundibuliformis, hinc ab Oldenlandiis diversa*.

LUDWIGIA.

66. LUDWIGIA caule diffuso, foliis lanceolatis, capsulis pedunculatis folio dimidio brevioribus.

Lyfimachia species, fructu caryophylloïdeo. *Burm. zeyl. 146.*

Lyfimachia indica non papposa, flore luteo minimo, siliquis caryophyllum aromaticum æmulantibus. *Herm. lugdb. 396. Comm. mal. 163.*

Carambu. Rheed. mal. 2. p. t. 49. Raj. hist. 1510.

Kikirinda. Brunga. Markako. Angharako. Hæmaragho. Kararanghina. Herm. zeyl. 17.

Descr. *Herba procumbens, facie Lythri Hyssopifolii, spithamea; Rami ad radicem, vix alii. Folia alterna, lanceolata, levia, integerrima, striata, in petiolos desinentia. Flos solitarius ex alis, caryophylli officinarum figura, germine calycibus longiore. Corolla flava, tetrapetala, calyce brevior. Stamina quatuor. Stylus unus, capitatus. Capsula foliis dimidio brevior.*

OLDENLANDIA.

67. OLDENLANDIA foliis linearibus, umbellis nudis lateralibus alternis.

Rubeola zeylanica Elarathmul dicta. Burm. zeyl. 208.

Lyfimachia adfinis, satirejæ folio, maderaspatensis, capsulis in summitate fere umbellatis. Pluk. alm. 236. t. 119. f. 4.

Antirrhinum humile angustifolium, flosculo gemello ex alis foliorum producto. Burm. zeyl. 22. t. 11. an?

Ela-

Elarathmul. Rathmul. Tsiada. *Herm. zeyl.* 1. 22.
 Descr. Radix fibrosa, longa, rubra, tinctoria. Caulis
 ramosus, diffusus, procumbens, glaber, spithamæus.
 Folia opposita, linearia vel lineari-lanceolata, acuta.
 Ex alis ramorum rudimenta multis foliolis. Um-
 bellulæ nudæ, folio breviores, pedunculatæ, alternæ
 ex alis, paucis floribus. *Facies Cisti Helianthemii*
vel Serpylli.

68. OLDENLANDIA pedunculis bifloris petiolo
 longioribus, foliis oppositis lanceolatis.

Alfina erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl.*
 13. t. 7. (an?)

Alfina zeylanica, folio (petiolo) capillaceo. *Herm.*
zeyl. 32. *Burm. zeyl.* 13.

Descr. Caulis herbaceus, erectus, articulatus, dichotomus. Folia lanceolata, integerrima, basi angustiora, in petiolos desinentia, opposita. Flores bini simul ad genicula pedunculis elongatis, pendulis, sem pedunculus bifidus duos flores ferens.

TETRAGYNIA.

COLDENIA.

69. COLDENIA.

Teucryi facie bisnagarica tetracoccus rostrata. *Pluk.*
alm. t. 64. f. 6.

Hanfape. *Herm. zeyl.* 13. *Burm. zeyl.* 113.

Descr. Herba procumbens, ramis alternis, confertis, pilosis, spithamæis, diffusis. Folia alterna, petiolata, ovalia, latere anteriore versus caulem angustiora, repando-ferrata, lobis XI. circiter, plicata, subvillosa. Ex alis flores aut fructus solitarii, vel cum ramulo enati, sessiles.

Classis V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

HELIOTROPIUM.

70. HELIOTROPIUM, foliis cordato-ovatis acutis scabriusculis, spicis solitariis. *Hort. cliff.* 45.

Heliotropium indicum, hormini foliis latioribus. *Kigg. beaum.* 24.

Heliotropium americanum cæruleum, foliis hormini. *Dod. mem.* 83. *Pluk. alm.* 182. t. 245. f. 4. *Sloan. flor.* 94. *hist.* 1. p. 213. *Morif. hist.* 3. p. 451. *Raj. app.* 270.

Heliotropium latifolium annuum. *Herm. lugdb.* 307. *Etsæthya.* *Herm. zeyl.* 3.

Descr. *Caulis herbaceus. Folia cordato-ovata, scabra, petiolata, integerrima. Spicæ secunda, longissima, apice revolutæ.*

BORRAGO.

71. BORRAGO calycinis foliis sagittatis erectis. *Hort. cliff.* 45.

Borraginoides angustifolia, flore pallescente-cæruleo. *Boerb. lugdb.* 1. p. 188. t. 188. *Burm. zeyl.* 48.

Cynoglossoides folio caulem amplexante. *Isnard. att.* 1718. p. 325. t. 10.

Anchusæ degeneris facie, indiæ orientalis herba quadricapularis. *Pluk. alm.* 30. t. 76. f. 3. *mala.*

MENYANTHES.

72. MENYANTHES foliis cordatis subcrenatis, corollis interne pilosis.

Nym-

- Nymphoides indica*, flore albo fimbriato. *Tournef. inſt.* 154.
- Nymphæa aquatica minor indica*, floribus albis pentapetalis, filamentis intus densis obſitis. *Raj. app.* 631.
- Nymphæa malabarica minor*, folio rotundiore, flore albo pentapetalo intus villoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. p. 513.
- Nymphæa indica*, ſubrotundo folio, minor, flore albo fimbriato. *Pluk. alm.* 267.
- Nymphææ minoris adfinis indica*, flore albo piloſo. *Sloan. flor.* 121. *hiſt.* 1. p. 252. *Comm. mal.* 191.
- Nedel ambel. *Rheed. mal.* 11. p. 55. t. 28.
- Obf. *Habitat in ſoffis.*

PLUMBAGO.

73. *PLUMBAGO* foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 53.
- Plumbago zeylanenſis*, folio ſplendente ocymaſtri, flore lacteo. *Boerb. lugdb.* 1. p. 77. *Burm. zeyl.* 195.
- Plumbago americana*, viticulis longioribus, ſemper virens ex vera cruce. *Moriſ. hiſt.* 3. p. 599.
- Dentellaria lychnoides ſylvatica ſcandens*, flore albo. *Sloan. flor.* 91. *hiſt.* 1. p. 211. t. 133. f. 1. *Raj. app.* 245.
- Lychnis indica ſpicata*, ocymaſtri foliis, fructibus lappaceis oblongis, radice urente. *Comm. hort.* 2. p. 169. t. 85.
- Herba indica*, flore c tubo longo in quinque foliola expoſo, calyce hiſpido, vaſculo ſeminali monoſpermo. *Raj. app.* 550.
- Tumba-Codiveli.* *Rheed. mal.* 10. p. 15. t. 8.
- Schetti-Codiveli.* *Rheed. mal.* 10. p. 17. t. 9.
- Elarathnethul.* *Herm. zeyl.* 11. 51. 32.
- β *Plumbago zeylanica*, folio ſplendente ocymaſtri, flore rubro. *Burm. zeyl.* 195.
- Rathnethul.* *Herm. zeyl.* 195.

Obf.

Obf. *Radix recens corrodens, vesicatoria, unde contusa vulneribus angulum & venenatorum animalium imponitur a Cinghalis.*

CONVOLVULUS.

74. CONVOLVULUS foliis cordatis angulatis, caule membrano-quadrangulati.

Convolvulus zeylanicus alatus maximus, foliis ibisco nonnihil similibus angulosis. *Herm. lugdb. 177. t. 178. 179. Burm. zeyl. 71.*

Convolvulus indicus, amplissimo subrotundo folio, caule alato, Turbith seu Tiguar garciæ quibusdam putatus. *Raj. app. 373.*

Turbith officinarum & garciæ atque acostæ. *Breyn. prodr. 2. p. 101.*

Turpethum repens, foliis althææ vel indicum. *Baub. pin. 149.*

Tirastawalu. *Herm. zeyl. 26.*

Pharmac. TURPETHI Radix.

Descr. *Caulis volubilis membranis exstantibus longitudinaliter quadrisariam alatus sive angulosus. Folia cordata variis angulis, subvillosa, petiolata. Pedunculi flores duos vel plures ferentes, solitarii; floribus singulis involucrem diphyllum est. vide Hermanni descriptionem, quæ bona.*

75. CONVOLVULUS foliis bilobis.

Convolvulus foliis subrotundis: apice emarginatis: basi integris. *Roy. lugdb. 428.*

Convolvulus maritimus zeylanicus, folio crasso cordiformi. *Herm. lugdb. 174. t. 175. prodr. 325. Burm. zeyl. 71.*

Convolvulus maritimus sive Soldanella e maderaspatan folio in summitate sinuato. *Pluk. alm. 114. t. 24. f. 4.*

Soldanella malabarica cordato folio. *Pet. mus. 98.*

Schovanna-adamboe. *Rheed. mal. 11. p. 117. t. 97.*

Bintamburu. *Herm. zeyl.* 55. 61.

β *Convolvulus marinus indicus repens macrorhizos*, folio bifido crasso, flore roseo amplo, Bintamburuwæl zeylonensibus. *Herm. zeyl.* 39.

Bintamburu-wæl. *Herm. zeyl.* 39.

76. *CONVOLVULUS* foliis subovatis obtusis petiolatis pilosis, caule diffuso, pedunculis trifloris.

Convolvulus foliis ovatis obtusis, caule filiformi. *Hort. cliff.* 68.

Convolvulus bisnagaricus, myofotidis folio. *Pet. act.* 276. p. 1007.

Convolvulus indicus minor, alfine folio, flore rubicundo purpureo. *Raj. app.* 376. *Comm. mal.* 22.

Convolvuli minimi species bisnagarica hirsuta, alfine folio. *Pluk. alm.* 116. t. 9. f. 1.

Anagallis hirsuta, foliis solitariis alternis, floribus cæruleis petiolo articulato insidentibus. *Burm. zeyl.* 19. t. 9.

Anagallis zeylanica minor procumbens. *Raj. app.* 496.

Alfine hirsuta minor, foliis alternis, floribus solitariis. *Burm. zeyl.* 11. t. 6. f. 1.

Vistnu-clandi. *Rheed. mal.* 11. p. 131. t. 64.

Wisnugarandi. *Herm. zeyl.* 11. 37. 56.

IPOMOE A.

77. *IPOMOE A* foliis pinnatifidis linearibus, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 60.

Convolvulus exoticus annuus, foliis myriophylli five millefolii aquatica, flore sanguineo. *Pluk. alm.* 117.

Convolvulus pennatus exoticus rarior. *Col. aquatil.* 73. t. 72. *Morif. hist.* 2. p. 18. f. 1. t. 4 f. 7.

Jasminum millefolii folio. *Baub. pin.* 398.

Quamoclit foliis tenuiter incisus & multifidis. *Tournef. inst.* 116. *Burm. zeyl.* 197.

Quamoclit five *Jasminum americanum*. *Clus. postb.* 9.

Quamoclit. *Baub. hist.* 2. p. 177. *Raj. hist.* 730.

Tfiaria-Cranti, *Rheed. mal.* 11. p. 123. t. 60.
Kathababa. *Herm. zeyl.* 47.

78. IPOMOEA foliis palmatis, floribus aggregatis.
Volubilis zeylanica Pes tigrinus dicta. *Dill. elth.*
429. t. 318. f. 411.
Convolvulus foliis palmatis glabris, caule hispido.
Hort. cliff. 496.
Convolvulus foliis digitatis pilosis, caule hispido.
Roy. lugdb. 429.
Convolvulus zeylanicus villosus pentaphyllus & he-
ptaphyllus minor, Pes tigrinus dictus. *Herm.*
lugdb. 184. t. 187. *Comm. mal.* 87.
Convolvulus zeylanicus hirsutus, foliis pedis tigridis
in modum sive in quinque profundas lacinas divi-
fis. *Burm. zeyl.* 70.
Convolvulus indicus pes tigrinus dictus minor & hir-
sutus. *Herm. prodr.* 326.
Convolvulus heptaphyllus indicus villosus. *Breyn.*
prodr. 1. p. 33.
Pulli-Schovadi. *Rheed. mal.* 11. p. 121. t. 59.
Diwipahuru. Diwipassuru. *Herm. zeyl.* 12.
79. IPOMOEA foliis trilobis, floribus aggregatis.
Convolvulus zeylanicus, foliis Hepaticæ nobilis.
Herm. parad. app. 6.
Convolvulus zeylanicus hirsutus, folio hepaticæ tri-
lobatæ, floribus plurimis in capitulo junctis.
Herm. prodr. 327. *Burm. zeyl.* 73.
Convolvulus indicus villosus, hederæ folio tripartito,
flore cæruleo. *Herm. lugdb.* 182.
Diwipahuru. *Herm. zeyl.* 65.

RONDELETIA.

80. RONDELETIA foliis petiolatis.
Frutex indicus baccifer, floribus umbellatis, fructu
rotundo polyspermo. *Raj. bist.* 1494. *Comm. mal.* 31.

C

Cupi.

Cupi. - *Rheed. mal.* 2. p. 37. t. 23.

Obs. Differt a *Rondeletia Plumieri* foliis petiolatis & seminibus majoribus paucioribus; ab *Eyrhoca* vero flaminibus quinque. *Chomelia* eodem genere comprehendendi potest.

MORINDA.

81. MORINDA erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis confertis.

Anonyma. Herm. herb. 3. p. 11.

Descr. Arbor foliis *Cephalanthi*, oppositis, lanceolato-ovatis, petiolatis, integerrimis. Umbella sessilis sive pedunculi plures, æquales, ramos obtusos terminantes, quibus singulis capitula aggregata insident.

82. MORINDA caule arboreo, pedunculis solitariis, *Morinda malabarica*, amplissimo citri folio. *Vail. art.* 1722. p. 202.

Arbor indica fructu aggregato conoide. *Raj. hist.* 1442. *Comm. mal.* 7.

Arbor conifera macandou javanensium. *Bont. jav.* 97. *Coda-pilava. Rheed. mal.* 1. p. 97. t. 52.

LONICERA.

83. LONICERA pedunculis multifloris, involucris pentaphyllis, foliis ovato-lanceolatis petiolatis.

Viscus fructibus oblongis rubicundis, floribus oblongis tubulosis. *Burm. zeyl.* 229.

Periclymenum indicum arboribus innascens, florum fasciculis in brevibus pediculis ad caulium nodos. *Raj. dendr.* 32.

Periclymenum indicum, flore flavescente. *Tournef. inst.* 514. *Comm. mal.* 207.

Periclymenum surrectum, persicæ foliis, maderaspatanum. *Plük. alm.* 287. t. 212. f. 5.

Periclymeni Core spicato rubro tubuloso, lauri folio rigido Frutex e maderaspat. *Pet. musf.* 449.

Itti-

Irticanni. *Rheed. mal.* 7. t. 29.

Pilila. *Udhawædnya. Herm. zeyl.* 20.

Descr. *Frutex ramis longis, flexuosis. Folia opposita, ovato-lanceolata, crassa, petiolata, integerrima, glabra, venosa, obtusifuscula. Pedunculi apex gerit involucrum pentaphyllum foliolis lanceolatis, intra quod flores 3. 4. 5. sessiles, tubulosi ore quinquesido, laciniis lanceolatis. Stamina quinque: filamentis petali laciniis insertis. Stylus capitatus. Bacca sub calyce; ergo Loranthi species est.*

MUSSÆNDA.

4. MUSSÆNDA. *Herm. zeyl.* 36.

Mussænda zeylanica, flore rubro, fructu oblongo polyspermo, folio ex florum thyrso prodeunte albo. Burm. zeyl. 165, t. 76.

Mussænda arbor indica, floribus in summis ramulis velut in fasciculos dispositis, e quorum medio folium latum singulare flavicans. Raj. dendr. 126.

Frutex indicus baccifer, fructu oblongo polyspermo. Raj. hist. 1492. *Comm. mal.* 31.

Belilla. *Rheed. mal.* 2. p. 27. t. 18.

Descr. *Arbor foliis oppositis, ovatis, integerrimis, nervosis, petiolatis, mollibus. Corymbi terminantes, dichotomi, hirsuti.*

MIRABILIS.

5. MIRABILIS. *Hort. cliff.* 53.

Jatapa parvo flore. Tournef. inst. 130. *Burm. zeyl.* 124.

Solanum mexiocanum, parvo flore. Baub. pin. 168.

Solanum mexiocanum, Jasminum indicum, flore minore. Baub. prodr. 91.

Sendrikkan. *Herm. zeyl.* 67.

DATURA.

5. DATURA pomis nutantibus globosis. *Hort. cliff.* 55.

Cupi. - *Rheed. mal. 2. p. 37. t. 23.*

Obs. Differt a *Rondeletia Plumieri* foliis petiolatis & seminibus majoribus paucioribus; ab *Eyrhoea* vero staminibus quinque. *Chomelia* eodem genere comprehendendi potest.

MORINDA.

81. MORINDA erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis confertis.

Anonyma. Herm. herb. 3. p. 11.

Descr. Arbor foliis *Cephalanthi*, oppositis, lanceolato-ovatis, petiolatis, integerrimis. Umbella sessilis sive pedunculi plures, aequales, ramos obtusos terminantes, quibus singulis capitula aggregata insident.

82. MORINDA caule arboreo, pedunculis solitariis; *Morinda malabarica*, amplissimo citri folio. *Vail. act. 1722. p. 202.*

Arbor indica fructu aggregato conoide. *Raj. hist. 1442. Comm. mal. 7.*

Arbor conifera macandou javanensium. *Bont. jav. 97.*
Coda-pilava. *Rheed. mal. 1. p. 97. t. 52.*

LONICERA.

83. LONICERA pedunculis multifloris, involucris pentaphyllis, foliis ovato-lanceolatis petiolatis.

Viscus fructibus oblongis rubicundis, floribus oblongis tubulosis. *Burm. zeyl. 229.*

Periclymenum indicum arboribus innascens, florum fasciculis in brevibus pediculis ad caulium nodos. *Raj. dendr. 32.*

Periclymenum indicum, flore flavescente. *Tournef. inst. 514. Comm. mal. 207.*

Periclymenum surrectum, persicæ foliis, maderaspatanum. *Plük. alm. 287. t. 212. f. 5.*

Periclymeni Gore spicato rubro tubuloso, lauri folio rigido Frutex e maderaspat. *Pet. musf. 449.*

Irticanni. *Rheed. mal.* 7. t. 29.

Pilila. *Udhawædnya. Herm. zeyl.* 20.

Descr. *Frutex ramis longis, flexuosis. Folia opposita, ovato-lanceolata, crassa, petiolata, integerrima, glabra, venosa, obtusifuscula. Pedunculi apex gerit involucrum pentaphyllum foliolis lanceolatis, intra quod flores 3. 4. 5. sessiles, tubulosi ore quinquesido, laciniis lanceolatis. Stamina quinque: filamentis petali laciniis insertis. Stylus capitatus. Bacca sub calyce; ergo Loranthi species est.*

MUSSÆNDA.

84. MUSSÆNDA. *Herm. zeyl.* 36.

Mussænda zeylanica, flore rubro, fructu oblongo polyspermo, folio ex florum thyrso prodeunte albo. *Burm. zeyl.* 165. t. 76.

Mussænda arbor indica, floribus in summis ramulis velut in fasciculos dispositis, e quorum medio folium latum singulare flavicans. *Raj. dendr.* 126.

Frutex indicus baccifer, fructu oblongo polyspermo. *Raj. hist.* 1492. *Comm. mal.* 31.

Belilla. *Rheed. mal.* 2. p. 27. t. 18.

Descr. *Arbor foliis oppositis, ovatis, integerrimis, nervosis, petiolatis, mollibus. Corymbi terminantes, dichotomi, hirsuti.*

MIRABILIS.

85. MIRABILIS. *Hort. cliff.* 53.

Jatapa parvo flore. *Tournef. inst.* 130. *Burm. zeyl.* 124.

Solanum mexiocanum, parvo flore. *Bauh. pin.* 168.

Solanum mexiocanum, Jasminum indicum, flore minore. *Bauh. prodr.* 91.

Sendrikkan. *Herm. zeyl.* 67.

DATURA.

86. DATURA pomis nutantibus globosis. *Hort. cliff.* 55.

- Datura zeylanica violacea.* *Herm. zeyl.* 41.
Stramonium zeylanicum. *Burm. zeyl.* 221.
Solanum pomo spinoso rotundo, flore violaceo simplici. *Tournef. inst.* 118.
Hummatu. *Rheed. mal.* 2. p. 47. t. 28.
Antenna. *Herm. zeyl.* 69.

RHAMNUS.

87. RHAMNUS pedunculis corymbosis, floribus semidigynis, aculeis subgeminatis recurvis, foliis subserratis utrinque lævibus.
 Arbor spinosa zeylanica, foliis tribus nervis notatis.
Herm. zeyl. 29.
 Descr. *Arbor*; Rami *subvillosi*. Folia *alterna, ovata, versus basin altero sive postico latere angustiora, obtusiuscula, glabra, trinervia, tenuissime subserrata, petiolata, subtus glabra, flavescentia*. Corymbi *florum solitarii, folio breviores, laterales, juxta petiolum*; aculeus *e regione pedunculi, brevissimus, niger, recurvus, acutissimus, sæpe duplici acumine, altero infra alterum*.
88. RHAMNUS pedunculis aggregatis subsessilibus, aculeis solitariis recurvis, foliis semicordatis subtus tomentosis.
Jujuba aculeata, nervosis foliis, infra sericeis flavis.
Burm. zeyl. 131. t. 61. *bona*.
 Descr. *Arbor*. Folia *dimidiato-cordata sive folia a latere superiore dimidiato-cordata, a latere postico dimidiato-lanceolata, trinervia, nervis ramosis, subtus tomentosa, glauca, margine latiore vix manifeste serrata, petiolata*. In alis *ab altero latere plurimi flosculi coarctati, a latere vero petioli postico aculeus recurvus*.
89. RHAMNUS pedunculis aggregatis, floribus semidigynis, aculeis recurvis, foliis subovatis retusis subtus tomentosis.

Jujuba indica spinosa, folio & fructu rotundo. *Pluk. alm 199. Raj.dendr. 44.*

Prunus zeylanica spinosa, folio rotundo majore. *Herm. prodr. 367.*

Prunus zeylanica spinosa, foliis & fructibus rotundis. *Herm. lugdb. 694.*

Ilanda. *Herm. zeyl. 12.*

Descr. *Arbor ramis teretibus. Foliis subrotundo-ovata, tenuissime serrata, supra glabra, subtus tomentosa, trinervia, basi altero latere angustiore retusa & ibi profundius crenata, petiolata. Flores plurimi ex alis petiolorum propriis pedicellis brevissimis, quinquesidi, pentandri, stylo bifido: aculeus juxta petiolos minimus, recurvus, alius nullus.*

CHIRONIA.

90. CHIRONIA calycinis foliolis membranacco-carinatis

Chironia foliis lanceolatis trinerviis. *Hort. cliff. 54.*

Lyfimachia folio sinuato acuminato trinervio, flore cæruleo amplo, calyce carinato alato. *Burm. zeyl. 145. t. 67.*

Gentiana indica, flore patulo cæruleo, calthæ palustris facie, radice tenui fibrosa. *Burm. zeyl. 104.*

Shinitilla. *Herm. zeyl. 33. 53.*

Descr. *Caulis annuus, herbaceus, quadrangularis, acutus. Folia opposita, lanceolata, utrinque acuminata, glabra, integerrima, trinervia. Flores ex summis alis oppositi, solitarii, pedunculati, calyce quinque alis membranaceis distincto. Stylus declinatus, apice sursum recurvus, staminibus longior.*

STRYCHNOS.

91. STRYCHNOS foliis ovatis, caule inermi:

Solanum arboreum indicum maximum, foliis Oenopliæ s. Napecæ majoribus, fructu rotundo duro
C 3
rubre,

rubro, semine orbiculari compresso maximo.

Breyn. prodr. 2. p. 92.

Malus malabarica, fructu corticoso amaricante, semine plano compresso. *Raj. bist.* 1661.

Nux vomica officinarum. *Burm. zeyl.* 171. *Baub. pin.* 511. *Raj. bist.* 1814. *Dal. pharm.* 357.

Caniram. *Rheed. mal.* 1. p. 67. t. 37.

Ghodhakadura. *Herm. zeyl.* 41.

Pharmac. VOMICA NUX.

CAPSICUM.

92. CAPSICUM annum. *Hort. cliff.* 59.

Capsicum indicum. *Burm. zeyl.* 53.

Piper indicum vulgatissimum. *Baub. pin.* 132.

Vallia-capo-molago. *Rheed. mal.* 2. p. .t. 35.

Rathamiris. *Herm. zeyl.* 61.

Pharmac. PIPERIS INDICI *Fruſtus.*

SOLANUM.

93. SOLANUM calycibus aculeatis, foliis ovatis integerrimis tomentosis. *Hort. cliff.* 61. n. 14.

Melongena fructu rotundo. *Tournef. inst.* 152. *Burm. zeyl.* 157.

Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Baub. pin.* 167.

Herm. zeyl. 37. *Sloan. flor.* 108. *bist.* 1. p. 237.

Mala insana. *Dod. pempt.* 458.

Nila-barudena. *Rheed. mal.* 10. p. .t. 74.

Fockii Fockii. *Bont. jav.* 123. *Raj. bist.* 674.

94. SOLANUM caule aculeato hirsuto, foliis angulatis villosis integerrimis: spinis utrinque erectis, calycibus inermibus.

Solanum caule aculeato fruticoso, foliis ovatis sinuatis integerrimis, spinis utrinque erectis. *Hort. cliff.* 61.

Solanum indicum spinosum, flore borraginis. *Robert. ip.* 28. *Dill. elth.* 362. t. 270. f. 349. *Raj. bist.* 674.

Solanum americanum perenne subincanum, fructu pyriformi longiore, spinis plurimis armatum. *Pluk. alm.* 350. t. 225. f. 6.

Solanum indicum spinosum frutescens maximum villosulum totum, fructibus croceis. *Burm. zeyl.* 218. Malabathu. *Herm. zeyl.* 25. 31.

Descr. Caulis *hirsutus*: spinis *rectis, confertissimis, flavis, apice fuscis*. Folia *petiolata, angulata, ovata, utrinque hirta & villosa, aculeis in ipsis foliorum vasis, erectis, utrinque flavis, apice fuscis*. Flores *pedunculati*; calyces *una cum pedunculis inermes, hispidi*. Hinc differt parum a *Dilleniana* planta, sed forte sola cultura.

95. SOLANUM caule aculeis recurvis, foliis sinuatis subtus tomentosus utrinque aculeatis, pedunculis aculeatis.

Solanum caule aculeato fruticoso, foliis oblongis pinato-laciniatis, spinis supinis erectis, caulinis (proxis) recurvis. *Hort. cliff.* 61.

Solanum pomiferum frutescens africanum spinosum nigricans, borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Herm. lugdb.* 573. t. 575. *Morif. hist.* 3. p. 521. f. 13. t. 1. f. 15. *Pluk. alm.* 251. t. 226. f. 5.

Solanum indicum, Pomum de Hiericho dictum, borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Burm. zeyl.* 119.

Tibbuthu. *Herm. zeyl.* 34.

Descr. Caulis *vix villosus*: aculeis *sparsis distantibus, crassioribus, compressis, recurvis, luteis*. Folia *oblonga, sinuata, sinibus rotundatis, supra glabra, subtus tomentosa, viridia*: utrinque aculeis *subulatis, altioribus, angustioribus, erectis, parvis, ramificationibus vasorum insidentibus*. Pedunculi *laterales (non ex alis) longi, ramosi, aculeis rectis armati*; calyces *aculeis adpersi*.

PHYSALIS.

96. **PHYSALIS** caule fruticoso tereti, foliis ovatis integerrimis, floribus confertis. *Hort. cliff.* 62.
 Alkekengi fructu parvo verticillato. *Tournef. inst.* 151.
 Alkekengi somniferum, cydoniæ folio, flore & fructu rubris. *Burm. zeyl.* 10.
 Solanum somniferum verticillatum. *Bauh. pin.* 166.
 Solanum somniferum antiquorum. *Alp. exot.* 71. t. 70.
Herm. zeyl. 58.
 Solanum somniferum. *Dod. pempt.* 485. *Clus. hist.* 2. p. 85.
 Pevetti. *Rheed. mal.* 4. p. 113. t. 55.
97. **PHYSALIS** annua ramosissima, ramis angulatis glabris, foliis dentato-serratis. *Hort. cliff.* 62.
 Alkekengi indicum glabrum, chenopodii folio. *Dill. eltb.* 13. t. 12. f. 12.
 Solanum vesicarium indicum. *Bauh. pin.* 166.
 Solanum vesicarium indicum erectum, folio lævi, annum. *Morif. hist.* 3. p. 526. f. 13. t. 3. f. 22. •
 Nalalbathu. *Herm. zeyl.* 2.
 β Alkekengi indicum glabrum, capfici folio. *Dill. eltb.* 12. t. 11. f. 11. *Burm. zeyl.* 10.
 Nalalbathu. *Herm. zeyl.* 30.
 Obs. Folia in α obtuse dentata, in β vero fere integerrima.

CEANOTHUS.

239. CLEOME floribus gynandris. *Hort. cliff. 341.*
 Sinapistrum indicum pentaphyllum, flore carneo, minus non spinosum. *Herm. lugdb. 564. Burm. zeyl. 216. Sloan. flor. 80.*
 Sinapistrum pentaphyllum, flore albo. *Plum. spec. 6.*
 Papaver corniculatum acre quinquefolium ægyptiacum minus, flore carneo, non spinosum. *Pluk. alm. 28c.*
 Lupinus ægyptius sylvestris. *Vest. egypt. 209. t. 209.*
 Lupinus arabibus ponæ. *Barr. rar. t. 1235.*
 Pentaphyllum peregrinum filiquosum bivalve minus. *Morif. bist. 2. p. 289.*
 Quinquefolium filiquosum. *Alp. exot. 322.*
 Quinquefolium lupini folio. *Bauh. pin. 326.*
 Cara veela. *Rheed. mal. 9. p. 43. t. 24.*
 Welakola. *Herm. zeyl. 1. 30.*
 Descr. *Herba foliis digitatis, quinatis, petiolatis: foliolis obverse ovatis, acutis, serrulatis, glabris, sessilibus.*

Folia floralia ternata, subsessilia, minima, obtusa. Pedunculi alterni. Germen intra florem longo pedicello insidens, ad cujus germinis basin stamina sex; petala quatuor, ascendentia ad superius latus.

240. CLEOME floribus icosi-tetrandris, foliis quinatis.

Sinapisstrum zeylanicum pentaphyllum viscosum, flore flavo. *Burm. zeyl.* 215, t. 99.

Descr. *Herba* caule erecto, viscido-piloso. Folia omnia quinata, petiolata, foliolis integerrimis. Corollæ luteæ. Stamina breviter, viginti quatuor. Siliqua teres, subulata, crassiuscula, villosa.

241. CLEOME floribus dodecandris, foliis ternatis.

Sinapisstrum zeylanicum triphyllum & pentaphyllum viscosum, flore flavo. *Mart. cent.* 25, t. 25. *Burm. zeyl.* 215.

Papaver corniculatum acre triphyllon indicum, floribus luteis, viscosum, Ranmanissa cochinchinensis dictum. *Pluk. alm.* 280.

Ana-vecla. *Rheed mal.* 9, p. 41, t. 23, 29.

Ranmanissa. *Herm. zeyl.* 13.

Descr. Caulis herbaceus, erectus, ramosus, villis viscidis adpersus. Folia ternata, petiolata: foliolis obverse ovatis. Germen intra florem sessile; staminibus duodecim.

242. CLEOME floribus octandris, foliis ternatis.

Sinapisstrum indicum triphyllum, siliqua maxima, flore albo. *Boerb. lugdb.* 2, p. 307.

Sinapisstrum triphyllum pumilum glabrum, flosculo purpureo, siliqua membranacea. *Burm. zeyl.* 216, t. 100, f. 1.

Descr. Caulis herbaceus, longitudine priorum. Folia ternata, foliolis lanceolato-ovatis. Florum corollæ alba, pistillum rubrum; petala emarginata: stamina octo: glandula ad basin germinis a latere superiore. Capsula crassa, hispida.

110: MONADELPHIA PENTANDRIA.

243. CLEOME floribus hexandris, foliis simplicibus, ovato-lanceolatis.

Sinapistrum zeylanicum viscosum, folio solitario, flore flavo, siliqua tenui. *Burm. zeyl.* 217. t. 100. f. 2.

Papaver corniculatum acre, singulari folio, malabaricum. *Pluk. alm.* 280.

Herba siliquosa indica tetrapetala, siliquis longis angustis e singulis foliorum alis singulis. *Raj. app.* 427.

Tficru-vecla. *Rheed mal.* 9. p. 63. t. 34.

Ranmanissa. *Herm. zeyl.* 10. bis.

Descr. *Herba erecta, pilis viscida. Folia ovato-lanceolata, omnia simplicia, petiolata. Flores tetrapetali; staminibus longis, tenuissimis. Siliquæ lineares, minime articulatæ.*

Classis XVI.

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

WALTHERIA.

244. WALTHERIA foliis ovatis ferratis undulatis. *Roy. lugdb.* 348.

Monosperm. aithæa arborescens villosa, flore minore. *Isnard. att.* 1721. p. 278.

Malvinda ulmifolia, flosculis pusillis muscosis constipatis. *Burm. zeyl.* 149. t. 68. ex figura.

Melochia foliis oblongis obtusis ferratis tomentosis, floribus confertis. *Hort. cliff.* 343.

Abutilon arboreum spicatum, betonicæ folio incano, flore minore purpureo. *Sloan. flor. 97. hist. 1. p. 21. t. 138. f. 2. 3.*

Althæa indica, foliis oblongis mollibus betonicæ forma, flosculis exiguis racematim dispositis. *Herm. zeyl. 30. Burm. zeyl. 15. (non synon.).*

Betonica arborefcens maderaspatana villosa, foliis profunde venosis. *Pluk. alm. 67. t. 50. f. 5.*

Descr. Frutex ramis subtomentosis. Folia alterna, ovato-oblonga, obtusiuscula, inæqualiter serrata, tomentosa, plicato-undulata, petiolata. Pedunculi ex alis, solitarii: Capitulis duobus alternis cum foliolo uno alterove, congestis ex flosculis pluribus sessilibus.

DECANDRIA.

MELOCHIA:

245. MELOCHIA floribus solitariis, corymbis pyramidatis: pentagonis angulis acutis. *Hort. cliff. 342.*

Malvinda altissima, betonicæ folio, floribus ad genicula gemellis. *Burm. zeyl. 150. t. 69. f. 1.*

Alcea indica alta ramosa, foliis floribusque minimis. *Herm. zeyl. 40.*

246. MELOCHIA floribus capitatis sessilibus, capsulis subrotundis.

Melochia corchori folio. *Dill. elth. 221. t. 176. f. 217. Burm. zeyl. 156.*

Malva indica, ribesii folio. *Herm. prodr. 350.*

Malva orientalis elatior, longiori folio, flore albo minimo, capitulis conglomeratis. *Pluk. phyt. 44. f. 5.*

Althæa peregrina, longiore betonicæ folio, floribus albis perexiguis, capitulis arcte conglomeratis. *Pluk. alm. 25.*

Alcea indica, flosculis albis parvis. *Herm. zeyl. 65. Burm. zeyl. 9.*

Si-

Sideritis folio insipido planta, flore pentapetalo rosei coloris, fructu rotundo in quinque partes diviso, semine triangulo. *Comm. mal.* 61.

Tsiru-uren. *Rheed, mal.* 9. p. 143. t. 73.

Hinghalkura. *Herm. zeyl.* 43.

Descr. Caulis *bipedalis, subasper*. Folia *alterna, ovato-oblonga, rugosa, saepe parvo utrinque lobo, serrata, petiolata*. Capitula florum *caulem terminant, sessilia, solitaria*.

247. MELOCHIA racemis terminantibus confertis, capsulis globosis sessilibus.

Alcea indica, flosculis parvis fasciculatim ramulis adfixis. *Breyn. prodr.* 1. p. 2. *Pluk. alm.* 26. t. 9. f. 5.

Alhæza folio viridi, flosculis muscosis parvis racematim dense stipatis. *Herm. zeyl.* 31.

Descr. *Planta perennis, erecta, glabra: ramis strictis. Folia glabra, ovato-oblonga, serrata, basi utrinque sublobata, petiolata. Racemi plures, fasciculati, divaricati a se invicem. Capsulæ sessiles, globosæ.*

CONNARUS.

248. CONNARUS.

Rhus zeylonicus trifoliatus, phaseoli facie, floribus copiosis spicatis. *Burm. zeyl.* 199. t. 89.

Phaseolus arborefcens zeylanicus monocarpus HERMANNI, Radelisawæl zeylonensibus. *Raj. app.* 438.

Arbor trifolia filiquosa farmentosa unicum continens fabam. *Herm. zeyl.* 30.

Radælisawæl. *Herm. zeyl.* 39. 54.

Descr. *Arbor. Folia alterna, ternata, petiolata: foliis ovatis, acuminatis, integerrimis, glabris, petiolatis, equalibus. Racemi erecti, ramos terminantes. Calyx rufescens. Figura Burmanni quodammodo cum nostro specimine convenit, sed ejusdem t. 109. propius accedit respectu pedunculorum crassiorum.*

Tapomana arbor zeylanica trifolia, semine lupini,

ni, Herm. prodr. 373. mus. 69. lugdb. 536. Burm. zeyl. 209. *an ab hac arbore diversa?*

HUGONIA.

249. HUGONIA spinis oppositis revolutis.

Cerasus zeylanica sarmentosa amara sive cornigera, cortice odore costi seu violacco. *Burm. zeyl.* 57.

Lauri fructu arbor zeylanica ægoceros, cortice costum olente. *Raj. dendr.* 45.

Frutex baccifer malabaricus, fructu calyculato rotundo monopyreno, Myxstax dictus. *Raj. bist.* 1570. *Comm. mal.* 30.

Modira canni. *Rheed. mal.* 2. p. 29. t. 19.

Bugæthuawæl. *Herm. zeyl.* 9.

Delcr. *Arbor cortice inæquali.* Ramuli breves, alterni, patentes, apice foliosi. Folia ovalia, integerrima, glabra, petiolata, conferta. Flores ex apice ramorum, plures, conferti: pedunculis propriis, albi. Cirrhi sive spinæ duæ, in singulis ramulis oppositæ, breves, rigide, revolutæ, ramis parallelæ, infra folia. Characterem antea dedimus ex Horto Malabarico; nunc ex ipsa planta eundem emendamus: Perianthium coriaceum, pentaphyllum, foliolis ovatis, concavis, persistentibus. Petala quinque, subrotunda, patentia, magna. Filamenta decem, subulata, a medio basin versus coalita in urceolum, longitudine corollæ; antheræ subrotundæ, didymæ. Germen ovatum, intra filamentorum urceolum; styli tres, filiformes, longitudine staminum. Stigmata capsata.

POLYANDRIA.

PENTAPETES.

50. PENTAPETES.

Pterospermadendrum suberis folio anguloso subtus incano, floribus albis. *Amm. act.* 8. p. 215. t. 14.

Arbor Champacæ, suberis folio, fructu ligneo feminibus alatis referto. *Pet. mus.* 349.

H

Wc-

Welagha. *Herm. zeyl.* 3. *Burm. zeyl.* 33.

Descr. *Arbor.* Folia alterna, perennia, crassa, duriuscula, (*Quercus Ilicis dictæ substantia*) irregularia sive ovato-oblonga, basin versus angustiora, acuminata, a medio extrorsum repanda, petiolata, glabra. Flores axillares: facies florum *Micheliæ*, adfinitas *Grewiæ*. Stamina singularia sunt, scilicet filamenta quindecim coalita, quorum tertia quæque sterilis, longior.

SIDA.

251. SIDA foliis cordato-lanceolatis acuminatis integerrimis.

Sida foliis ovato-lanceolatis, caule paniculato. *Ray. lugdb.* 349.

Althæa scammoniaë folio, flosculis albis, zeylanica. *Herm. prodr.* 309.

Alcea orientalis, scammoniaë folio, major, floribus albis. *Pluk, alm.* 17. t. 74. f. 7.

Abutilon periplocæ acutioris folio, fructu stellato. *Dill. elth.* 4. t. 3. f. 3.

Planta semine althææ. *Herm. zeyl.* 31. *Burm. zeyl.* 194.

Descr. *Caulis herbaceus, altus.* Folia alterna, petiolata, cordata, sed valde producta in acumen longissimum, integerrima, glabra. Flores in panicula terminatrice. Capsulæ compositæ, stellatæ.

252. SIDA foliis lanceolato-rhomboidibus ferratis. *Virid. cliff.* 68. *Hort. cliff.* 346. *Gron. virg.* 78.

Malva ulmifolia, semine rostrato. *Tournef. inst.* 96. *Bavæ. amer.* 73.

Malva erecta minor, carpini folio, flore luteo, seminibus singulis aculeo longiore donatis. *Sloan. flor.* 96. *hist.* 1. p. 218.

Alcea utriusque indiæ, carpini folio, semine simplici arista donato. *Boerb. lugdb.* 1. p. 270.

Alcea

MONADELPHIA POLYANDRIA. 115

- Alcea pernambucana, carpini folio, flosculis minimis luteis, semine simplici rostro donato. *Morif. bist.* 2. p. 528. f. 5. t. 19. f. ult. (mala).
- Althæa perëgrina, semine rostrato, flore luteo minimo. *Morif blas.* 229.
- Althæa carpini folio, flosculis luteis. *Bocc. sic.* 11. t. 6. f. 2.
- Althæa ulmifolia, semine rostrato, herba brasiliiana incolis Basourinha dicta. *Pluk. alm.* 25.
- β Malvinda unicornis, folio rhomboide, perennis. *Dill. eltb.* 216. t. 172. f. 212.
- γ Althæa indica minima Bæwila zeylonensibus. *Burm. zeyl.* 15.
- Bæwila. *Herm. zeyl.* 17.
- Descr. Caulis erectus. Folia rhombæo-ovata, serrata, obtusiuscula, subtus tomentosa. Pedunculi ex alis solitarii. Calyxes monophylli, stellati.
253. SIDA foliis orbiculatis plicatis ferratis. *Hort. cliff.* 346.
- Malvinda stellata alnifolia. *Dill. eltb.* 215. t. 172. f. 211. *Burm. zeyl.* 150.
- Althæa minor, subrotundo ulmi folio, maderaspatana Warra-congee malabarorum. *Pluk. amalb.* 11.
- Alcea maderaspatana stellata, Carombu vulgaris facie. *Pet. hort.* 241.
- β Malva incana frutescens, alni folio *Herm. prodr.* 350.
- Althæa indica, splendente folio alni subrotundo. *Pluk. alm.* 24.
- Alcea indica, alni rotundo viridique folio non cordato. *Raj. app.* 324.
- γ Malva indica, folio cordiformi. *Tournef. inst.* 96.
- Malva indica frutescens, folio cordato. *Herm. prodr.* 350.
- Althæa zeylanica rotundifolia, flosculis luteis parvis, folio bellidis. *Herm. zeyl.* 30.
- Althæa indica, latiori folio cordiformi ad summum sinuato. *Pluk. alm.* 26. t. 9. f. 2.

Alcea zeylanica, folio latiore cordiformi. *Herm. lugdb.* 12. *Raj. hist.* 1873.

Hinanoda. *Herm. zeyl.* 40.

Descr. *Planta bodie in Hortis Botanicorum frequens, uti præcedens a Clariff. DILLENIO optime delineata ac descripta.*

254. *SIDA* foliis cordato-ovatis ferratis, stipulis setaceis, alis spinosis. *Roy lugdb.* 349.

Sida foliis cordato-ovatis ferratis, capsulis quinis bicuspidatis. *Hort. cliff.* 246.

Malva ulmifolia, semine cum duplici rostro. *Tournef. inst.* 96.

Alcea utriusque indiæ, carpini folio, semine duplici arista donato. *Boerb. lugdb.* 1. p. 271.

Alcea, carpini folio, americana frutescens, flosculis luteis, semine duplici rostro donato. *Comm. hort.* 1. p. 3. t. 2.

Alcea virginiana, carpini folio, flosculis minimis iuteis, semine duplici rostro vel aculeo prædito. *Morif. hist.* 2. p. 528.

Althæa virginiana *bidens*, *pimpinellæ majoris* acutioris folio, flosculis luteis minimis. *Pluk. alm.* 25. t. 9. f. 6.

β *Malvinda bicornis*, sanguisorbæ folio villoso & glabro. *Dill. elth.* 214. t. 171. f. 210.

Malva indica, foliis subrotundis. *Tournef. inst.* 96.

Althæa rostrata cormandeliensis, *pimpinellæ majoris* folio subrotundo, semine bicorni. *Pluk. alm.* 26. t. 9. f. 3.

Kapuzepala. *Herm. zeyl.* 2.

Descr. *Historia plantæ a Clariff. DILLENIO data sufficit. Spinæ solitariæ, parvæ, erectæ, sæpe in alis petiolorum. Folia ovata, obtusa, tomentosa, obtuse ferrata. Pedunculi uniflori, solitarii. Flores meridiani.*

MALVA.

255. MALVA foliis cordatis crenatis villosis, floribus lateralibus congestis.
 Malva foliis cordatis crenatis villosis. *Hort. cliff.* 347.
 Malvinda bicornis, ballotes folio molli. *Dill. elsb.* 211. t. 171. f. 209. *Burm. zeyl.* 149.
 Althæa orientalis bidens, subrotundis foliis, floribus parvis luteis. *Pluk. amaltb.* 11. t. 356. f. 1.
 Althæa maderaspatana lutea pilosa bidens. *Pet. hort.* 241.
 Althæa maderaspatana, subrotundo folio molli & hirsuto, multipilis five seminibus ad apicem crinitis. *Pluk. alm.* 25. t. 131. f. 2.
 Althæa americana, betonicæ folio, flore luteo. *Comm. mal.* 3.
 Alcea indica minor, semine leviter crispato. *Herm. zeyl.* 42. *Burm. zeyl.* 9.
 Katu-uren. *Rheed. mal.* 10. p. 107. t. 54.
 Descr. Caules annui, cubitales, pilosi, ramis brevissimis. Folia cordata, hirsuta, serrata, lobulo obsolete sepe utrinque angulata. Pedunculi ex alis vel ex apicibus ramorum, congesti, sepe biflori. Capsulæ 10, rugosæ, singulæ duplici rostro armatæ. Floret hora meridiana.

URENA.

256. URENA foliis angulatis. *Hort. cliff.* 348.
 Urena sinica, xanthii facie. *Dill. elsb.* 430. t. 319. f. 412.
 Trifolio adfinis indiæ orientalis, xanthii facie. *Breyn. cent.* 82. t. 35.
 Descr. Folia obsolete quinqueloba, utrinque viridia, nec subtus villosa.
 257. URENA foliis sinuato-multifidis villosis.
 Althæa zeylanica, fructu hispido lappaceo. *Ann. bot.* 2.

- Alcea indica* frutescens, foliis in lacinas varie dissectis. *Pluk. alm.* 15. t. 74. f. 1.
Malvinda foliis inferioribus multifidis, superioribus incisis, flore solitario. *Burm. zeyl.* 150. t. 69. f. 2.
Uren. *Rheed. mal.* 10. p. 3. t. 2. (an?)
Kadhupara. *Herm. zeyl.* 63.

Descr. *Utrum hæc sit una eadem species cum præcedenti, nec ne, examinent, qui vivam inspicere queant; si in dorso foliorum averso in tribus nervis majoribus, interque se proximis, versus basin, totidem glandulæ melliferæ adsint, ut in præcedente, erit tantummodo varietas, sin minus distincta species. Calyx exterior pentaphyllus, major; interior semiquinquifidus.*

HIBISCUS.

258. HIBISCUS foliis cordatis integerrimis.
Ketmia indica, populi folio, fructu orbiculato compresso. *Tournef. inst.* 100.
Alcea arborea indica maxima, populi folio, flore majore flavescente. *Breyn. prodr.* 2. p. 10. *Pluk. alm.* 16. *Comm. mal.* 2.
Alcea indica arborescens, folio populi vel cordiformi, flore ephemero ex albo flavescente. *Ann. bot.* 6. char. 300.
Alcea malabariensis, abutili folio, flore majore ex albo flavescente. *Raj. hist.* 1069.
Althæa arborea indica, populi folio, flore ephemero. *Herm. lugdb.* 22.
Bupariti. *Rheed. mal.* 1. p. 51. t. 29.
Belipathaghas. *Herm. zeyl.* 40.
 Descr. *Arbor.* Folia cordata, oblonga, acuminata, integerrima. Pedunculi axillares, foliariis, uniflori.
259. HIBISCUS caule arboreo, foliis cordato-subrotundis acuminatis crenatis. *Roy. lugdb.* 532.
Ketmia indica, tiliæ folio. *Plum. spec.* 2. *Tournef. inst.* 100.

Ketmia

Ketmia zeylanica sempervirens & florens, tiliæ folio, flore luteo. *Burm. zeyl.* 136.

Alcea arborea indica, tiliæ folio crassiore, flore minore flavescente. *Breyn. prodr.* 2. p. 10. *Comm. mal.* 2.

Alcea malabarica, abutili folio, flore minore ex albo flavescente exterius aspero. *Raj. hist.* 1070. *Pluk. alm.* 16.

Althæa arbor indica, tiliæ folio, flore ephemero. *Herm. lugdb.* 644.

Pariti sive Tali-pariti. *Rheed. mal.* 1. p. 53. t. 30.

Surighahas. *Herm. zeyl.* 37. 45. 61.

Descr. *Arbor foliis cordatis, acutis, circumscriptione fere orbiculatis, versus apicem obsolete serratis. Pedunculi terminantes, ramosi, multiflori.*

260. **HIBISCUS** foliis ovatis acuminatis serratis.

Ketmia sinensis, fructu subrotundo, flore pleno. *Tournef. inst.* 100. *Burm. zeyl.* 133.

Althæa arborea, Rosa sinensis, flore multiplici. *Herm. lugdb.* 22.

Alcea javanica arborescens, flore pleno rubicundo. *Breyn. cent.* 121. tab. 56. opt. *Comm. mal.* 5. *Raj. hist.* 1068.

Schempariti. *Rheed. mal.* 2. p. 25. t. 16.

Waddaghas. *Herm. zeyl.* 29. 61.

Descr. *Frutescens. Folia ovata, absque angulis, acuminata, scabra, serrata, serraturis ad angulum re-ctum formatis, versus basin, ubi rotundari incipiunt, folia, integerrima sunt, petiolata, scabra. Stipulæ lineares, acuminatæ. Corolla plena. Adeoque maxime differt foliorum figura ab Hibisco foliis cordato-quinquangularibus obsolete serratis. Hort. cliff. 349. quæ Rosa Sinensis vulgo dicitur.*

261. **HIBISCUS** foliis peltato-cordatis septemangul-
laribus serratis hispida. *Hort. cliff.* 349. *Roy. lugdb.* 358.

Ketmia ægyptiaca, femine moschato. *Tournef. inst.*
100. *Burm. zeyl.* 134.

Alcea ægyptiaca villosa. *Baub. pin.* 317. *Raj. bist.*
1066.

Alcea indica moschata villosa, siliquis pentagonis.
Herm zeyl. 48.

Althæa indica, magno flore, femine moschato. *Herm.*
zeyl. 59.

Althæa ægyptiaca villosa. *Morif. bist.* 2. p. 533. f. 5.
t. 18. f. 9.

Bammia moschata. *Dal. pharm.* 210.

Abel-moschi vulgo. *Herm. lugdb.* 25.

Mosch five Bammia moschata. *Alp. exst.* 197.

Muscus-bloem. *Mer. surin.* 42. t. 42.

Cattu-gasturi. *Rheed. mal.* 2. p. 71. t. 38.

Kapukanæssa. *Herm. zeyl.* 40.

Pharmac. ABELMOSCHI femina.

Descr. Caulis simplex, erectus, bispidus. Folia septemangularia, bispida. Frequens hodie in Hortis Botanicis.

262. HIBISCUS inermis, foliis ferratis: inferioribus ovatis integris, superioribus trilobis. *Hort. cliff.*
350. *Roy. lugdb.* 359.

Ketmia indica, gossypii foliis, acetosæ sapore. *Plum.*
spec. 2. *Tournef. inst.* 100. *Burm. zeyl.* 135.

Althæa indica, gossypii foliis, acetosæ sapore. *Herm.*
lugdb. 25. *Raj. bist.* 1900.

Alcea acetosa indica mitis, foliis superioribus gossypii in modum tripartito divisis. *Pluk. alm.* 15. t. 6. f. 2.

Alcea acetosa, trifido folio, indiæ orientalis. *Breyn. prodr.* 1. p. 1. *Sloan. flor.* 99. *bist.* 1. p. 224.

Obs. Occurrit inter pillas Hermannii.

263. HIBISCUS foliis quinquefido-palmatis, caule aculeato. *Hort. cliff.* 498. *Roy. lugdb.* 359.

Ketmia zeylanica, fici folio, perianthio oblongo integro.

tegro. *Dill. elth. 190. t. 157. f. 190. Burm. zeyl. 137.*

Descr. *Caulis bipedalis, erectus, aculeis sparsis, minus asperis. Folia quinqueloba: lobis ovatis, serratis. Flores solitarii, nutantes.*

264. HIBISCUS foliis palmato-digitatis quinquepartitis: laciniis lanceolatis, caule aculeato.

Ketmia indica spinulosa profunde laciniata, acetosæ sapore. Burm. zeyl. 135.

Althæa indica spinosa, acetosæ sapore, flore flavo pendente. Herm. prodr. 308.

Alcea indica spinosa, magno flore exalbido flavescente. Raj. bist. 1901.

Alcea acetosa indica spinosa, foliis profunde laciniatis, flore subluteo amplo. Breyn. prodr. 2. p. 9.

Alcea benghalensis spinosissima, acetosæ sapore, flore luteo pallido umbone purpurascente. Comm. hort. 1. p. 35. t. 18.

Alcea spinosa maderasp. saporis acidi, foliis profunde laciniatis, cannabis in modum pentaphyllæa. Pluk. alm. 15. t. 5. f. 4.

Acetosa indica. Bont. jav. 114.

Narinam-poulli. Rheed. mal. 6. p. 75. t. 44.

Napiritta. Herm. zeyl. 65.

Descr. *Folia palmata ad basin fere divisa in quinque lobos lanceolatos, serratos, acuminatos. Caulis & pedunculi setis rigidis aculeati.*

265. HIBISCUS foliis quinquangularibus acutis serratis, caule inermi, floribus pendulis.

Ketmia indica vitis folio, flore amplo flavo. Burm. zeyl. 137.

Abutilon indicum, fronde pampinea, fructu quinquecapsulari. Tournef. inst. 99.

Abutilon indicum quinque ad singulos flores thecis. Raj. bist. 1880.

Althæa

Althæa indica, vitis folio, flore amplo flavo pendente. *Herm. lugdb.* 26. t. 28. *Comm. mal.* 3. *Raj. hist.* 1901.

Alcea indica non spinosa, flore amplo pendulo flavo. *Breyn. prodr.* 1. p. 2.

Alcea indica, vitis folio, flore amplo flavescente, quinis ad singulos flores thecis. *Pluk. alm.* 15.

Katou-Beloeren. *Rheed. mal.* 6. p. 79. t. 46.

Descr. *Caulis erectus, herbaceus, tenuis. Folia (ex æte figura & magnitudine Ribis) cordata, glabra, quinquangularia: lobis acutis, infimis minoribus, viridia, acute serrata, petiolis breviora. Flores penduli: calyx inferior 8 foliolis linearibus. Pedunculi uniflori. Varietas huic simillima inter pietas habetur foliorum angulo intermedio duplo longiore, cætera eadem.*

266. *HIBISCUS herbaceus*, foliis cordato-hastatis, pedunculis alternis unifloris geniculatis.

Descr. *Herba facie & magnitudine Blattariæ Verbasci. Caulis erectus, altus, teres, hispida. Folia cordata, parum hastata, petiolata. Pedunculi alternati (præsertim in summo caulis, ubi folia minutissima) longi, in medio geniculo articulati, nudi. Involucrum dodecaphyllum, foliolis linearibus, hispidis.*

GOSSYPIUM.

267. *GOSSYPIUM caule erecto. Hort. cliff.* 350.

GOSSYPIUM arboreum, caule lævi. *Baub. pin.* 430.

Gossypium arboreum Gotnemsegiar. *Alp. egypt.* 38. t. 38.

Gossypium herbaceum sive *Xylon maderaspatense*, rubicundo flore, pentaphyllum. *Pluk. phyt.* 188.

f. 3.
Cudu-pariti. Rheed. mal. 1. p. 55. t. 31.

Obs. *Frequentissima arbor in Hortis Academicis Europæorum.*

Classis

Classis XVII.

DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

POLYGALA.

268. POLYGALA floribus imberbibus, caule erecto herbaceo, capsulis ciliatis.

Obs. *Inter Herbas zeylanicas Hermannii Vol. 2. fol. 61. habetur, licet omiffa in Museo:*

Descr. Radix annua. Caulis annuus, digitalis, tener, angulosus, ramosus, erectus. Folia ovato-lanceolata, aut ovato-lanceolata; sessilia, glabra, integerrima. Spicæ longiusculæ, pedunculatæ, secundæ. Flores sessiles. Calyx foliolis quinque, acutis, parvis; hinc longius recedit a Polygalis, quam reliquæ species; cirrhi carinæ corollarum nulli. Capsula biseutellata, margine undique ciliata. Semina solitaria (in singulo loculo), globosa.

269. POLYGALA floribus imberbibus, caule herbaceo erecto, foliis linearibus alternis, pedunculis subtrifloris.

Linaria minima zeylanica. Herm. zeyl. 31. Burm. zeyl. 143.

Descr. Caulis erectus, longitudine digiti, absque ramis. Folia alterna, linearia, integerrima, longa, acuta. Flores albi ex alis; pedunculis solitariis ramosis sæpius trifloris, folio brevioribus.

270. POLYGALA floribus imberbibus, pedunculis multifloris lateralibus, caule diffuso herbaceo, foliis acuminatis.

Alfine glaucis marinæ folio. Herm. zeyl. 33. Burm. zeyl. 13. (non synonymon.)

Descr.

Descr. *Facies Polygalæ nostratis.* Caules plures, diffusi, filiformes, indivisi, simplicissimi, digitales. Folia obverse ovata, oblongiuscula, acumine terminata, glabra, vix petiolata. Racemus ex alis, capillaris, aliquot flores albos continens, foliis brevior, ramulosus, non racemosus aut spicatus; calycis duo folia majora sunt ut in plerisque.

DECANDRIA.

GENISTA.

271. GENISTA foliis quinatis sessilibus, pedunculis axillaribus capillaribus unifloris, floribus minimis.

Lotus tenuifolius maderaspatanus, siliqua singulari glabra. *Pluk. alm. 225. t. 201. f. 2. bona.*

Dorycnium zeylanicum, folio minutissimo. *Burm. zeyl. 89.*

Dorycnium indicum, floribus singularibus rubris in pedicellis oblongis, siliquis perexiguis. *Raj. app. 471.*

Mannelli. *Rheed. mal 9. p. 69. t. 37.*

Rathohomba, Rathihoba. *Herm. zeyl. 34.*

Descr. *Frutex virgis tenuibus, duris, teretibus, virgatis: ramis alternis, brevibus. Folia alterna, quinata, sessilia seu ad singulas gemmas aut puncta quina; foliola oblonga, obtusa, sessilia, versus apicem latiora, obtusiuscula, glabra; harum lateralia paula breviora, intermedio paula longiore. Pedunculi axillares ex singulis alis, folio longiores. Legumina pedunculis sesquialongiora. Hinc diversa a CYTICISTO Burmanni.*

INDIGOFERA.

272. INDIGOFERA leguminibus pendulis lanatis tetragonis.

Astra-

Astragalus spicatus, siliquis pendulis hirsutis, foliis sericeis. *Burm. zeyl.* 37. t. 14.

Astragalus indicus spicatus, siliquis copiosis deorsum spectantibus non falcatis, sive polybos. *Comm. mal.* 39.

Colutea lanuginosa, floribus parvis, siliquis pilosis deorsum tendentibus. *Pet. mus.* 45.

Colutea orientalis plerumque heptaphyllos hirsuta, floribus spicatis saturate purpureis, siliquis plurimis quadratis valde pilosis summo furculorum dependentibus. *Pluk. alm.* 113.

Kattu-tagera. *Rheed. mal.* 9. p. 55. t. 30.

Ghafundupyali. *Herm. zeyl.* 10.

Descr. Caulis erectus, altus, pilosus. Folia pinnata cum impari; foliolis septem obverse ovatis, remotis, exterioribus majoribus. Spicæ erectæ, foliis longiores, ex alis; calycibus & leguminibus lanatis, pendulis.

273. INDIGOFERA leguminibus arcuatis incanis, racemis folio brevioribus.

Indigofera foliis nudis. *Hort. cliff.* 487.

Colutea indica humilis, ex qua Indigo, folio viridi. *Herm. prodr.* 325. *Burm. zeyl.* 69.

Coluteæ adfinis fruticosa, floribus spicatis purpurascens, siliquis incurvis, ex cujus tinctura indigo conficitur. *Sloan flor.* 141.

Anil sive Nil indorum color. *Baub. hist.* 2. p. 945.

Ameri. *Rheed. mal.* 1. p. 101. t. 54.

Avaru. *Awari*. *Herm. zeyl.* 32.

Descr. Caules erecti, vix ramosi. Folia pinnata ex foliolis 9 vel 11 obverse ovatis, viridibus. Spicæ ex alis, brevissimæ. Legumina filiformia, pendula. Sed hæc in Zeylona fere exotica est, at in Paliacatta & Coromandel frequens.

274. INDIGOFERA leguminibus horizontalibus teretibus, foliis pinnatis ternatisque.

Anil

- .. Anil maderasp. vicie foliis incanis, caulibus pubescentibus. *Amm. herb.* 414. *Raj. bist.* 3. *app.* 234.
- .. Astragalus zeylanicus tenellus, vicie foliis subrotundis. *Burm. zeyl.* 39.
- .. Colutea filiquosa glabra, ternis quinisque foliis, maderaspatana, semine rubello. *Pluk. alm.* 113. t. 166. f. 1.
- .. Leguminis trifoliati species. *Raj. app.* 470.
- .. Nir-pullari. *Rheed. mal.* 9. t. 67. mala. *Comm. mal.* 47.
- .. Pilaghas. *Herm. zeyl.* 34.
- .. Descr. *Herba* caule lævi. Folia alterna, pinnata, (rarius ternata): foliolis quinque: exterioribus majoribus, omnibus obverse ovatis, glabris. Pedunculi ex alis sæpe 3 flores alternatos continentes, leguminibus ad angulum rectum a pedunculo reflexis seu horizontalibus.

ERYTHRINA.

275. ERYTHRINA foliis ternatis, caule spinoso. *Hort. cliff.* 354.
- .. Corallodendron triphyllum americanum spinosum, flore ruberrimo. *Tournef. inst.* 561. *Burm. zeyl.* 74.
- .. Coral arbor filiquosa. *Baub. bist.* 1. p. 426. *Comm. hort.* 1. p. 211. t. 108.
- .. Coral arbor. *Clus. bist.* 2. p. 253.
- .. Phaseolis accedens Coral arbor spinosa orientalis, fructu obscure rubente. *Pluk. alm.* 293.
- .. Ceratia s. Siliqua sylvestris spinosa arbor indica. *Baub. pin.* 402.
- .. Arbor fabifera t, Boatfinkring. *Bont. jav.* 135.
- .. Mouricou. *Rheed. mal.* 6. p. 13. t. 7.
- .. Erabudu. Erabudughaha. *Herm. zeyl.* 49.
- .. Obs. *Arbor notissima in Hortis Botanicorum.*

CROTALARIA.

276. CROTALARIA foliis simplicibus oblongis cuneiformibus retusis.

Crotalaria asiatica, floribus luteis, folio singulari cordiformi. *Herm. lugdb.* 200. t. 201. *Burm. zeyl.* 80. *Raj. hist.* 1894.

Genista malabarica, folio singulari, floribus luteis, siliquis bullatis. *Comm. mal.* 33.

Genistella indica major, falcis folio glabro obtuso cordiformi, flore luteo minore. *Breyn. prodr.* 2. p. 50.

Tandale-cotti. *Rheed. mal.* 9. p. 45. t. 25.

Jacberya, Andanahiry. *Herm. zeyl.* 20. 28.

Descr. Caulis *rectus*. Rami *ex ultimis alis*. Folia *alterna, oblonga, basi angustiora, obtusa, emarginata, glabra, petiolis brevissimis*. Racemus *terminans*; flores *alterni*; calyces *campanulati, glabri, quinquefidi*. Legumen *sessile intra calycem*.

277. CROTALARIA foliis simplicibus ovatis, stipulis femicordatis, ramis tetragonis.

Crotalaria foliis ovatis, petiolis duplici stipula auctis, ramis tetragonis. *Hort. cliff.* 357.

Crotalaria asiatica, folio singulari verrucoso, floribus cæruleis. *Herm. lugdb.* 198. t. 199. *Burm. zeyl.* 87. *Raj. hist.* 1893.

Genista major indica, alni folio, flore cæruleo spicato. *Breyn. prodr.* 2. p. 50.

Pee-tandale-cotti. *Rheed. mal.* 9. p. 53. t. 29.

- β Crotalaria foliis solitariis ovato-acutis, caule sulcato. *Burm. zeyl.* 81. t. 34.

Jacberia. Kiligilippe. *Herm. zeyl.* 29. 65.

Descr. Caulis *herbaceus, erectus, flexuosus, angulatus*. Rami *ex summis alis*. Stipulæ *femicordatæ, obtusæ*. Folia *alterna, ovata, in petiolos desinentia*. Racemus *terminans*. Flores *alterni, glabri*.

278. CROTALARIA foliis ternatis, foliolis ovatis acuminatis, stipulis nullis.

Cro-

Crotalaria asiatica frutescens, floribus luteis amplis, trifolia. Herm. lugd. 196. t. 197. Raj. hist. 1893.

Anonis asiatica frutescens. Tournef. inst. 409. Burm. zeyl. 21.

Ononis Natrrix dicta, frutescens zeylanica, laburni folio, flore luteo spicato amplo. Breyn. prodr. 2. p. 78.

Laburnum zeylanicum, floribus ex luteo & rubro variegatis, siliquis bullatis. Breyn. prodr. 1. p. 40.

Cytisus zeylanicus, folio laburni. Raj. hist. 1893.

Cenista trifolia malabarica, floribus luteis amplis, siliquis bullatis. Comm. mal. 33.

Nella-tandale-cotti. Rheed. mat. 9. p. 49. t. 27.

β *Crotalaria arborescens trifoliata glabra viridis. Burm. zeyl. 82.*

Jacberya. Herm. zeyl. 24. 40. 49.

Descr. Caulis frutescens, lignosus. Folia alterna, ternata, glabra, petiolis longis: foliolis subsessilibus, subaequalibus, lato-lanceolatis. Rami ex summis alis. Racemus terminans: Calycibus campanulatis. Corollarum carinis acuminatis, adscendentibus. Legumen longe pedunculatum intra calycem.

CYTISUS.

279. **CYTISUS** foliis sublanceolatis tomentosis: intermedio longius petiolato, pedunculis axillaribus erectis.

Cytisus foliolis ovato lanceolatis: intermedio petiolato, pedunculo ex alis multifloro. Hort. cliff. 354.

Cytisus folio molli incano, siliquis orobi contortis & acutis. Burm. zeyl. 86. t. 37.

Phaseolus erectus incanus, siliquis torosis, Kayan dictus. Pluk. alm. 293. t. 213. f. 3.

Thora-päcrou. Rheed. mal. 6. p. 23. t. 13.

Kathatora & Wittrawinansa. Herm. zeyl. 4. 27. 34.

Descr. Arbuscula ramis nudis, striis elevatis. Foliis ternatis, petiolatis: foliolis lato-lanceolatis, integerrimis, utrinque tomentosis, petiolatis, intermedio longius

gius petiolato. Pedunculi foliis longiores, axillares, solitarii, erecti, nudi, apice ramosi. Legumina torosa, dissiliencia in contortas spirales valvulas.

PHASEOLUS.

280. PHASEOLUS caule erecto anguloso hispido.
Hort. cliff. 499.

Phaseolus ortocaulis, Mungo perfarum, turcarum Masc, hispanorum Max. *Herm. mex. 887.*

Phaseolus erectus, caule & folio rigidis, flore pallide luteo, siliqua crassa ampla. *Bont. ind. 152. Burm. zeyl. 190.*

Phaseolus erectus hirsutus, caule quinquangulati auriculato, flore viridi-lutescente, siliqua in rostrum incurvum desinente. *Pluk. alm. 290.*

Phaseoli villosi species. *Burm. zeyl. 188.*

Bumum. Buncæ. *Herm. zeyl. 22.*

281. PHASEOLUS caule erecto tereti, floribus capitatis, leguminibus cylindræis horizontalibus.
Act. stockb. 1742. p. 202. t. 7. f. 2.

Phaseolus zeylanicus, siliquis radiatim digestis. *Dill. elth. 315. t. 235. f. 304. Burm. zeyl. 192.*

Mun. Mung. *Herm. zeyl. 47.*

Obs. *Decoctum seminum in Colica calculosa commendatur a Chinesibus.*

DOLICHOS.

282. DOLICHOS caule volubili, foliis ovatis tomentosis, floribus solitariis, seminibus bicornibus.

Phaseolus zeylanicus tomentosus, salviæ foliis, lobis parvis oblique articulatis, alter. *Burm. zeyl. 188.*

Phaseolus minor hisnagaricus, foliis argenteo-villosis, siliquis torosis brevibus spadicea hirsutie pubescentibus, fructu parvo scaraboide nigro. *Pluk. alm. 290. t. 52. f. 3.*

Wælundu. Wælunduwæl. *Herm. zeyl. 6.*

β *Hedyfarum trifoliatum* falviæ folio. *Burm. zeyl.*

117.

Telamandu. Budamani. *Herm. zeyl.* 25. 60.

Descr. Caulis volubilis, scaber. Folia petiolata, terā nata; foliolis ovatis, obtusis, subtus venosis, utrinque tomentosis, mollibus. Flores solitarii ex alis. Semina a Plukenetio depicta duas antennas ferunt insectorum instar.

CLITORIA.

283. *CLITORIA* foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 360.

Roy. lugdb. 369.

Flos clitorius flore cæruleo. *Burm. zeyl.* 100.

Flos clitoridis ternatensibus. *Breyn. cent.* 76. t. 31.

Raj. bist. 870.

Ternatea flore simplici cæruleo. *Tournef. arb.*

1706. p. 84.

Phaseolus indicus, glycyrrhizæ foliis, flore amplo cæruleo (pleno). *Comm. hort.* 1. p. 47. t. 24.

Phaseolus foliis pinnatis. *Riv. tetrap.* 40.

Faba purgatrix Catharodu zeylonensibus. *Grim. zeyl.*

124.

Schanga-cuspi. *Rheed. mal.* 8. p. 69. t. 38.

Kataroduwæl, Katarodu. *Herm. zeyl.* 10. 32. 61.

β Flos clitorius, flore albo. *Burm. zeyl.* 101.

Descr. Radix annua. Caulis volubilis, teres, bumane altitudinis. Folia solitaria, pinnata ex quinque aut septem foliolis ovatis, obtusis. Flores magni, in alis subsessiles.

GLYCINE.

284. *GLYCINE* foliis pinnatis conjugatis, foliolis paribus ovali-oblongis obtusis.

Glychirrhiza indica vulgo. *Herm. lugdb.* 494.

Glychirrhiza indica siliquis & seminibus pisi coccineis, hilo nigro notatis. *Herm. prodr.* 337.

Gly-

- Glycyrrhiza vel Glycyrrhizæ adfinis arborefcens americana, floribus ex luteo & rubro variegatis, folio acuminato, filiqua latiffima. *Breyn. prodr.* 2. p. 53.
- Phaseolus glycyrrhizites, folio alato, pifo coccineo atra macula notato. *Sloan. flor.* 70. *bift.* 1. p. 180. t. 112.
- Phaseolus alatus major, fructu coccineo macula nigra notato. *Comm. mal.* 211.
- Phaseolus arborefcens alatus & volubilis major orientalis, fructu coccineo hilo nigro notato. *Pluk. alm.* 294. t. 214. f. 5.
- Phaseolus ruber Abrus vocatus. *Alp. egypt.* 40. t. 40.
- Phaseolus indicus ruber bontio. *Raj. bift.* 889.
- Phaseolus indicus vulgo falfo Pæonia indica vocata. *Comm. hort.* 124.
- Phaseolus fecundus ruber, qui Abrus profpero alpino dicitur. *Bont jav.* 136.
- Phaseolus ruber Abrus vocatus minor coccineus, nigra macula notatus. *Morif. bift.* 2. p. 71.
- Vicia africana. *Glaſ. exot.* 15.
- Arachus indicus five africanus. *Park. theatr* 1071.
- Orobus americanus, fructu coccineo nigra macula notato. *Tvarnef. inſt.* 393.
- Orobus indicus Abrus alpini dictus, fructu coccineo macula nigra notato. *Burm. zeyl.* 177.
- Cicer indicum, fructu nigro macula nigra notato. *Amm. char.* 338.
- Piſa floridiſſimo rubro colore, una macula excepta, ex novo orbe nuper allata. *Gefn. hort.* 272.
- Piſum coccineum americanum, an orobi ſpecies? *Lob. bift.* 516. ic. 2. p. 67.
- Piſum americanum. *Dalech. bift.* 450.
- Piſum indicum minus coccineum. *Baub. pin.* 313.
- Piſum americanum coccineum aliis Abrus. *Baub. bift.* 2. p. 263.
- Piſum americanum coccineum vel nigrum, Abrus quibusdam. *Chabr. ſciagr.* 403.

- Abrus. *Vest. egypt.* 25. *Dal. pharm.* 238. *Hort. cliff.* 488.
 Konni. *Rheed. mal.* 8. p. 71. t. 39.
 Olinda. *Olida. Herm. zeyl.* 16.
 Descr. *Radix perennis. Caulis lignosus, volubilis, levis. Folia alterna, bina, eidem basi inserta, pinnata sine impari: foliolis numerosis, equalibus, ovali-oblongis, subsessilibus, obtusis, glabris, integerrimis. Pedunculi ex alis solitarii, petiolis crassiores, longiores, spicati, inferne nudi. Legumina compressa, unilocularia, obtusa, torosa. Semina globosa, soccinea, altero latere lata nigra macula.*

TRIGONELLA.

285. TRIGONELLA leguminibus sessilibus subsolitariis subfalcatis, foliolis integerrimis, caule difuso.
Astragalus minimus repens triphyllus, siliquis falcatis. Herm. zeyl. 33. *Burm. zeyl.* 39 (*Synon. non.*)
Lotus maderaspatanus villosus, ornithopodii siliqua singulari. Pluk. alm. 226. t. 200. f. 7.
Pilæ species. Herm. zeyl. 13.
 Descr. *Herba procumbens, parum ramosa. Folia ternata, petiolata: foliola subequalia, oblongiuscula, glabra, integra; stipulæ ovato-lanceolæ. Legumina solitaria vel bina eodem pedunculo, in alis subsessilia, recurva, compressa.*

HEDYSARUM.

286. HEDYSARUM foliis simplicibus cordato-oblongis, petiolis alatis, ramis triquetris.
Hedysarum zeylanicum, aurantii folio. Burm. zeyl. 120.
Hedysarum monophyllum zeylanicum pediculatum. Herm. zeyl. 35.
Onobrychis zeylanica monophyllos, caule triangulo, petiolis foliorum alatis. Burm. zeyl. 176. t. 81. opt.

Ono-

Onobrychis zeylanica, aurantii folio. *Pet. ficc.* 247.
n. 16. *Raj. app.* 247.

Descr. Caulis triangularis. Folia cordato-oblonga, acuminata, basi parum emarginata, petioli utrinque membrana aucti, apice acute emarginati, aurantii forma, petiolo brevissimo, teretiusculo. Racemus florum minimorum. Legumina longa, polysperma, hispida, villosa, membranacea, vix articulata.

287. *HEDYSARUM* foliis simplicibus cordato-oblongis, petiolis simplicibus, stipulis vaginantibus. *Hedysarum* monophyllum repens, filiculis glabris non crenatis. *Herm. zeyl.* 33.

Genista articulata repens, foliis crassiusculis planis acutis. *Burm. zeyl.* 104. t. 49. f. 1.

Undupyalii alia species, folio singulari oblongo. *Herm. zeyl.* 5. 10.

Descr. Planta herbacea, procumbens. Folia inferiora obverse ovata, basi emarginata, superiora magis oblonga & cordato-lanceolata, acutiora; omnia glabra, venosa, petiolis insidentia simplicibus, teretiusculis. Stipulae acuminatae, vaginarum instar caulem involventes. Spicae versus apices caulium longae, angustae. Rami pauci. Legumina cylindrica, glabra, articulata, recta, more *Ornithopi* dissidentia articulatim, licet articuli extus vix conspiciantur, nec intus diversa loculamenta faciant.

288. *HEDYSARUM* foliis simplicibus cuneiformibus.

Hedysarum monophyllum repens, folio nummulariae rotundo, filiculis hispidis parvis. *Herm. zeyl.* 31.
Burm. zeyl. 113.

Onobrychis maderaspi. nummulariae folio, ornithopodii siliquis. *Pet. gaz.* 41. t. 26 f. 4. *Raj. app.* 247.

Descr. Caules longi, angulati, diffusi. Folia alterna, simplicia, obverse ovata sive cuneiformia, obtusa brevi acumine, glabra, petiolo brevissimo; stipulae

subulatae, petiolo longiores, patulae, minimae, caulem vestientes. Spicae ex alis solitariae longo pedunculo. Flores minimi. Legumina declinata, lunata, dorso bispida, monosperma.

289. HEDYSARUM foliis simplicibus, foliolis strobilorum cordatis obtusis.

Onobrychis indiae orientalis, fagi foliis alternis, filiculis spica longa dispositis. Pet. mus. 788. Raj. hist. 3. app. 234.

Carpinus zeylanica filiculosa five arbuscula zeylanica filiculosa carpino similis. Burm. zeyl. 54. (synon. non.)

Carpinus zeylanica. Herm. zeyl. 53. 70.

Descr. Arbor foliis oblongo-ovatis, simplicibus, alternis, integerrimis, petiolatis; stipulis subulatis; ramis teretibus. Strobili ex foliorum alis, facie Carpini, in pedunculo simplici, flexuoso, constantes Bracteis cordatis, subsessilibus, obtusis, numerosis, imbricatis, facie involucri Commelinæ, magnis, intra quas (singulas) floris rudimentum; hisce strobilis ab omnibus distinguitur & maxime a 292 specie.

290. HEDYSARUM foliis simplicibus ovatis obtusis integerrimis. Hort. cliff. 499.

Hedysarum monospermum zeylanicum pediculatum. Burm. zeyl. 114.

Hedysarum humile, capparidis folio maculato. Dill. elth. 170. t. 141. f. 168.

Descr. Non occurrit inter plantas zeylanicas Hermannii, frequens tamen hodie in Hortis Botanicis.

291. HEDYSARUM foliis binatis petiolatis; floralibus sessilibus.

Hedysarum bifolium, siliquis articulatis echinatis. Burm. zeyl. 14.

Hedysarum minus diphyllosum. Sloan. flor. 73. hist. 1. p. 185. Raj. app. 450.

- Onobrychis maderaspatana* diphyllis, siliculis clypeatis hirsutis, minor. *Pluk. alm.* 270. t. 246. f. 2.
 Planta bifolia humirepa indica, foliis in propriis furculis dipetalis, globulis feminalibus monospermis. *Ray. app.* 404.
 Planta bifolia humirepa, ari folio, flosculis aureis villosis articulatis. *Comm. mal.* 54.
 Nelam-mari. *Rheed. mal.* 9. p. 161. t. 82.
 Mahaswanna. *Herm. zeyl.* 18. 59.
 β *Hedysarum bifolium*, foliolis ovatis, siliculis asperis geminis inarticulatis. *Burm. zeyl.* 114. t. 50. f. 1.

Descr. Caules teretes, procumbentes, versus radicem ramosi. Petioli filiformes, longitudine foliorum. Folia conjugata seu binata in singulo petiolo, petiolulis brevissimis adfixa, subovata, altero latere angustiore. Ex alis pedunculi longitudine foliorum, duos aut tres flores ferentes, singulos inter par foliorum sessilium & magis acuminatorum enatos. Legumina compressa, articulata, ex tribus vel quatuor articulis subrotundis, echinatis.

292. *HEDYSARUM* foliis ternatis; foliolis strobilorum conjugatis orbiculatis.

Hedysarum trifoliatum frutescens, flore & fructu inter duo foliola rotunda absconditis. *Burm. zeyl.* 116. t. 52.

Onobrychis maderaspatana triphylla, siliculis eleganter foliaceis. *Pet. mus.* 700. *Raj. hist.* 3. app. 234.

Onobrychis indica triphyllis, foliis amplis mucronatis, siliquis parvis in spicam longam ex alis inter bina foliola circinata arte conniventia reconditis. *Pluk. amalb.* 161. t. 433. f. 7.

Palæghas. *Herm. zeyl.* 36.

Descr. Caulis frutescens. Rami obtuse angulati. Stipulæ ovatae, acuminatae, scissae, caducae. Folia ternata petiolis brevibus: proprio intermedio petiolo longiore. Foliola lateralia subrotundo-ovata; in-

intermedium quadruplo majus, ovato-oblongum, obtusum; omnia margine repanda. Spicæ seu Coni ex alis folio longiores, constantes ex pedicellis alterne distichis, brevibus, in quibus flosculi aliquot erecti, & hos includentia foliola duo, orbiculata, sessilia (in pedicello) margine repanda, conniventia in unum. Legumina glabra, duobus tribusque articulis.

293. HEDYSARUM foliis ternatis, pedunculis umbelliferis, caule fruticoso.

Hedysarum trifoliatum arborefcens, floribus ex alis foliorum, filiquis copiosis glabris: *Burm. zeyl.*

115. t. 51.

Waldamini, Mahapilæ. *Herm. zeyl.* 21.

Descr. Frutex ramis lignosis: inferioribus teretibus, fuscis, superioribus angulatis, villosis. Folia petiolata, ternata: foliolis ovatis, petiolatis, intermedio duplo majore. Pedunculi ex alis foliorum umbellulam ferentes, solitarii, petiolis breviores. Flores albi. Legumina articulata, compressa, levia, recurva.

294. HEDYSARUM foliis ternatis, floribus spicatis, leguminibus articulis pluribus: infimis uno, stipulis setaceis.

Hedysarum trifoliatum, filiculis inferibus solitariis, superioribus articulatis. *Burm. zeyl.* 117. t. 53. f. 1.

Hedysarum triphyllum zeylanicum rotundifolium. *Herm. zeyl.* 35.

- β Hedysarum trifoliatum arborefcens, floribus spicatis, foliis subrotundis: subtus lanuginosis. *Burm. zeyl.* 115.

Ætundupyalii. *Herm. zeyl.* 22.

Descr. Caules teretes, duriusculi. Stipulæ acuminatæ in setam. Folia ternata, petiolata & petiolulata, intermedio productiore. Foliola ovato-oblongiuscula, obtusa. Spicæ florum angustæ. Legumina

na inferiora unico articulo, reliqua pluribus, hinc undulatis.

Obs. Varietas β magis procumbens, foliola obtusiora; sed non video notam, qua distingui possit aut debeat. Legumina infima non semper unico articulo, tum difficile cognoscitur.

295. HEDYSARUM foliis ternatis, leguminibus membranaceis lævibus integris, caule ramisque hispida.

Hedysarum trifoliatum viscosum, filiquis articulatis peltatis. *Burm. zeyl.* 114.

Hedysarum zeylanicum trifoliatum viscosum, phaseoli folio subrotundo, filiculis compressis hirsutis. *Herm. zeyl.* 36.

Phaseolus viscosus, spicato flore ac fructu villosus. *Burm. zeyl.* 187.

Descr. Caulis fruticosus. Folia ternata, petiolis longiusculis: foliola tenuia, lata, rhombeo-rotundata, intermedio duplo majore. Rami summi pilis patulis viscidis hispida. Legumina ovali-oblonga, membranacea, lævia, utrinque obtusa. Adeoque admodum adsimilis est Hedysaris 1. 2. *Hort. cliff.* 365. sed differt, quod non altera sutura sinuatum sit legumen, sed utrinque integrum.

296. HEDYSARUM foliis ternatis, caule suffruticoso, leguminum articulis duobus.

Hedysarum triphyllum, filiculis glabris peltatis geminis inarticulatis. *Burm. zeyl.* 114 t 50. f. 2.

Hedysarum zeylanicum angustifolium triphyllum, filiculis compressis articulatis. *Herm. zeyl.* 31.

Onobrychis zeylanica trifolia minor perennis. *Raj. app.* 457.

Undupyalia alia species, folio longiore. *Herm. zeyl.* 5.

Descr. Caulis fruticosus. Folia ternata trifolii, foliolis ovato-oblongis, glabris, subæqualibus. Flores

spicati. Legumina villosa, ex duobus articulis orbiculatis sæpius composita.

297. HEDYSARUM koliis ternatis, foliolis obverse cordatis, pedunculis unifloris ternis.
 Hedyfarum trifoliatum repens, acetosellæ folio glabro, caule hirsuto. *Burm.zeyl. 119. t. 54. f. 2.*
 Hedyfarum trifoliatum maderaspatanum, lujulæ folio, ferri equini siliquis. *Pet.mus. 649.*
 Undupyali. *Herm.zeyl. 2. 4. bis.*
 β Hedyfarum trifoliatum repens, folio ovali glabro, caule hirsuto, siliqua plana articulata. *Burm.zeyl. 118. t. 54. f. 1.*
 γ Hedyfarum procumbens γ trifolii fragiferi folio. *Dill. elth. 172. t. 142. f. 169.*
 Hedyfarum trifoliatum repens siliculis compressis glabris crenatis. *Herm.zeyl. 38. Burm. zeyl. 116.*
 Undupyali majus. *Herm. zeyl. 5.*
 Descr. *Herba procumbens & diffusa: ramis filiformibus, longissimis, ramosis, facie Medicaginis 2: dæ Flor. Succ. 621. Folia ternata, foliolis subæqualibus, obverse ovatis, minimis in hac gente, glabris. Pedunculi ex alis foliorum sæpius tres, capillares, singuli uniflori, raro bifidi sive biflori. β. γ. majores & foliola minus cordata.*

ÆSCHYNOMENE.

298. ÆSCHYNOMENE caule scabro, folio infimo quadripinni. *Hort. cliff. 365.*
 Hedyfarum annuum majus zeylanicum, mimosæ foliis. *Tournef. inst. 402. Burm. zeyl. 119.*
 Onobrychis annua zeylanica mimosæ foliis, siliquis articulatis asperis, major. *Herm.lugdb. 458.*
 Mimosa non spinosa major zeylanica. *Breyn. cent. 51. t. 52. Raj. hist. 982.*
 Mahadya. Hyambula. *Herm. zeyl. 41.*
 β Galega indica, siliquis articulatis, foliis latioribus, ramulis ad exortum alatis. *Burm. zeyl. 103.*

Ga-

Galega ægyptiaca, filiquis propendentibus longissimis & angustissimis. *Herm. lugdb. 267.*

Galega ægyptiaca, filiquis articulatis. *Baub. pin. 352.*

Sesban ex insula zeylon. *Breyn. prodr. 1. p. 47. Burm. zeyl. 214.*

Sesban ægyptiacum five Securidaca ægyptiaca articulata. *Morif. hist. 2. p. 79.*

Sesban. *Alp. ægypt. 81. t. 82. male.*

Dyahyabala. *Herm. zeyl. 24. 55.*

Descr. Caulis rectus, altus, herbaceus. Folia pinnata ex innumeris foliolis sessilibus, lanceolato-linearibus. Pedunculi axillares aliquot floribus. Legumina compressa, articulata, articulis in medio scabris, pedicello intra calycem elongato infidentia. *Hermannii planta a non differt a β.*

CRACCA.

299. CRACCA leguminibus retrofalcatis villosis pendulis racemosis lateralibus, foliolis glabris lanceolatis.

Welala. *Herm. zeyl. 20.*

Descr. Folia profundissime cordata, glabra, trinervia,
fere duplo longiora quam lata, acuminata. Caulis
membranis longitudinalibus, uti Convolvulus Turbith,
instructus.

361. DIOSCOREA foliis oppositis ovatis acumi-
natis.

Inhamæ maderas. foliis binis pulchre venosis. *Pet.*
gaz. 50. t. 31. f. 6.

Planta, cinnamomi folio, convolvulacea, flosculis par-
vis muscosis racematim in pilis s. nucamentis di-
spostis. *Herm. zeyl. 31.*

Descr. Facies Smilacis. Caulis teres, lignosus, sar-
mentosus, volubilis, inermis. Folia opposita, ovata,
acuminata, trinervia, integerrima, glabra, petiolata,
pendula. Racemi ex alis foliorum oppositi, solitarii,
subvillosi, compositi ex amentis tribus cylindraceis:
flosculis subsessilibus: calyce hexaphyllo: foliolis ova-
tis:

tis, tribus alternis minoribus. Staminibus sex, ejusdem longitudinis; ergo mas.

362. DIOSCOREA foliis peltatis subcordatis.
Smilax foliis peltatis cordato-oblongis, floribus minutissimis & copiosissimis. *Burm. zeyl.* 218. t. 101.
Kohipissan. *Herm. zeyl.* 21. 27.
Descr. Caulis herbaceus, scandens, volubilis. Folia ovata, glabra, peltata, acuta; superiora subcordato-oblonga, acuminata. Flores paniculati, minimi, masculi. De femina nulla nobis certitudo, hinc nec de genere, utrum Smilacis, Tami, Rajaniæ, Menispermis, Dioscoreæ. Ex facie hac retulimus.
363. DIOSCOREA foliis digitatis. *Hort. cliff.* 459.
Ricophora pentaphyllos, caule spinoso, fructu oblongo triquetro, malabaræa. *Pluk. alm.* 321.
Battala indica, caule spinoso, foliis digitatis, fructu triangulo cum tribus intus seminibus compressis. *Raj. app.* 133.
Nureni-kelengu. *Rheed. mal.* 7. p. 67. t. 35.

SMILAX.

364. SMILAX caule aculeato quadrato, foliis inermibus: caulinis cordatis, ramulorum ovato-oblongis. Smilax indica spinosa, folio cinnamomi, Pseudochina quibusdam. *Burm. zeyl.* 217.
Kabaloffa. *Herm. zeyl.* 22.
β Smilax caule tereti inermi, foliis cordato-ovatis acutis inermibus, petiolis bidentatis. *Hort. cliff.* 459.
Smilax virginiana foliis innoctis armata, latis cancellæ foliis, radice arundinacea crassa nodosa & carnosâ. *Pluk. alm.* 349. t. 110. f. 5. *Raj. app.* 345.
Smilax aspera, fructu nigro, radice nodosa magna laxi farinacea China dicta. *Sloan. flor.* 105, *bis.* 1. p. 231. t. 143. f. 1.

- China spuria nodosa. *Baub. pin.* 297. *Raj. hist.* 658.
 China occidentalis. *Dal. pharm.* 184.
 Jupicanga. *Pis. bras.* 99. 257.
 Olcaczan sive Pahuatlanica. *Hern. mex.* 212.
 7 Smilax caule tereti inermi, foliis inermibus: caulibus cordatis, ramorum lanceolatis, pedunculis longissimis. *Gron. virg.* 193.
 Descr. Caulis aculeis minutissimis, teretiusculus, quatuor parvis angulis, ita ut duo latera opposita sint paulo latiora reliquis. Folia inferiora sive caulina cordata sive ovata, glabra, absque spinis; ramorum vero laurina, ovato-lanceolata; omnia trinervia vel (si minimum nervum juxta marginem numeres) quinquenervia, obtuse acuminata. Petioli breves, denticulo utrinque obtuso notati. Cirrhi non ex petiolis, sed ex alis e parvo rudimento, quod pedunculam & fructificationem forte emitteret. Pedunculus foliis brevior, versus basin duobus denticulis oppositis. Hinc differt Gronoviana planta pedunculo longissimo & annua. Inquirendum an Americana e Mexico, Brasilia, Jamaica & Virginia caule perfecte tereti gaudeat, tum a nostra diversa erit.

DECANDRIA.

CARICA.

365. CARICA foliorum lobis sinuatis. *Hort. cliff.* 461.

- | | |
|---|--|
| <p>Papaya mas. <i>Boerb. lugdb.</i> 2. p. 170.
 <i>Burm. zeyl.</i> 184.</p> | <p>Papaya femina. <i>Burm. zeyl.</i> 184.
 Papaya fructu melo-peponis effigie. <i>Plum. spec.</i> 20.
 Papaya major, flore & fructu majoribus, pediculis curtis insidentibus. <i>Sloan. flor.</i> 202. <i>hist.</i> 2. p. 164.</p> |
|---|--|

Am-

<p><i>Ambapaya</i>. <i>Rheed.</i> <i>mal.</i> 1. p. 21. t. 15. f. 2.</p> <p><i>Mamæra mas</i>. <i>Clusf.</i> <i>cur.</i> 80.</p>	<p><i>Papaya-maram</i>. <i>Rheed.</i> <i>mal.</i> 1. p. 23. t. 15. f. 1.</p> <p><i>Mamæra fæmina</i>. <i>Clusf.</i> <i>cur.</i> 80.</p> <p>Arbor platani folio, fructu peponis magnitudine eduli. <i>Baub.</i> <i>pin.</i> 431.</p> <p><i>Ficus arbor utriusque indiae</i>, platani foliis, monopelechis, fructu mali cydonii aut melonis magnitudine. <i>Pluk.</i> <i>alm.</i> 145. t. 278. f. 1.</p> <p><i>Papolghaha</i>. <i>Herm.</i> <i>zeyl.</i> 66.</p>
--	--

GYNANDRIA.

CLUTIA.

366. CLUTIA foliis cordato-lanceolatis.
Elutheria. *Hort. cliff.* 486.
Elutheria providentiæ, folio cordato subtus argenteo, Sweet-bark sive cortex bene olens. *Pet. coll.* 1. n. 276.
Ricinus dulcis arborefcens americanus, populnea fronde argentea sive foliis populi nigræ argenteis. *Breyn. prodr.* 2. *Pluk. alm.* 321. t. 220. f. 5. *Seb. thes.* 1. p. 56. t. 35. f. 3.
Ricinus arbor zeylanica dulcis. *Burm. zeyl.* 65.
Ricinoides clæagni folio. *Plum. spec.* 20. *Catesb. orn.* 1. 97.
Styrax rubra officinarum. *Baub. pin.* 452.
Thus judæorum. *Park. theatr.* 1602.
Cortex thuris. *Dal. pharm.* 378.
Schakarilla, *Chakarilla*. *Mont. exot.* 2.
Mahapatighaha. *Herm. zeyl.* 65.
Pharm. GASCARILLA (Thymiatis) Cortex, Esfentia.

367. CLUTIA foliis ovalibus petiolatis retusis, floribus racemosis sessilibus.
 Baccifera indica, fructu tetraspermo in foliorum alis sessili. *Raj. hist.* 1623.
 Arbor foliis latis subrotundis venosis, subtus glaucis, spicis longis. *Herm. zeyl.* 27. *Burm. zeyl.* 29.
 Corni sive Sorbi species. *Bont. jav.* 103.
 Scherunam-cottam. *Rheed. mal.* 2. p. 23. t. 18. male.
 Descr. Arbor petiolis brevibus. Folia alterna, ovalia, obtusa vel retusa, fagi æmula, margine reflexo, subtus venis seu nervis transversis prominulis notata. Racemi ex alis simplicissimi; ex apicibus ramorum in tres vel quatuor pedunculos alternos divisi: omnes filiformes, foliis fere longiores, in quibus flores hinc inde catervatim congesti, sessiles, quorum Perianthium quinquesidum, acutum. Petala quinque, minima, tridentata. Nectaria non video, sed marginem receptaculum cingentem. Columna in medio filamentis quinque horizontalibus & antheris versatilibus.
 Obs. Fæminam non vidi, quam Rbeede Baccam esse tradit.

Classis XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

MUSA.

368. MUSA racemo simplicissimo. *Hort. cliff.* 467.
 Musa cliffortiana. *Mus. cliff.* t. 1. 2.
 Musa. *Clus. exot.* 229. *Rauw. itin.* 59. *Sterb. citr.* t. 4.
Garc. æt. angl. 1730. n. 415. p. 384. t. 2.

Musa

- Musa arbor. *Baub. hist.* 1. p. 148. *Raj. hist.* 1374.
 Musa serapionis, Ficus indica. *Burm. zeyl.* 164.
 Maus. *Alp. egypt.* 81.
 Palma humilis, longis latisque foliis. *Baub. pin.*
 107.
 Ficus indica, fructu racemoso, folio oblongo. *Baub.*
pin. 508.
 Ficus cujus foliis pro papyro utuntur turcæ. *Baub.*
pin. 19.
 Arbor foliis amplissimis, fructu cucumeris forma.
Baub. pin. 508.
 Bala. *Rheed. mal.* 1. p. 17. 1. 12. 13. 14.
 Kehelghaha. *Herm. zeyl.* 70.

CELTIS.

369. CELTIS foliis oblique cordatis ferratis: subtus villosis.
 Ulmus fructu baccato. *Hort. cliff.* 83.
 Muntingia folio ulmi aspero. *Plum. gen.* 41?
 Loti arboris folio angustissimo Arbor baccifera racemosa, fructu minime croceo monopyreno. *Sloan. flor.* 163. *hist.* 2. p. 80.
 Salvifolia arbor orientalis, foliis tenuissime crenatis. *Pluk. alm.* 329. t. 221. f. 4.
 Baccifera indica racemosa, florum staminulis binis, acinis monopyrenis. *Raj. hist.* 1597.
 Arbor Ghæduba dicta. *Burm. zeyl.* 26.
 Mallam-toddali. *Rheed. mal.* 4. p. 83. t. 40.
 Ghædhaba. Gædhumba. *Herm. zeyl.* 14. *Burm. zeyl.* 102.
 Descr. Arbor. Folia alterna, oblique cordata, altero lobo bascos oblitterato, nervosa, glabra, minutissime ferrata, petiolata, subtus villosa nervis nudis. Pedunculi axillares, brevissimi, ramosi.

HOLCUS.

370. HOLCUS glumis glabris. *Hort. cliff.* 468.

Milium

Milium arundinaceum, subrotundo semine, Sorgo nominatum. *Baub. pin.* 26. *Moris. hist.* 3. p. 196. f. 8. t. 5. f. 7.

Milium indicum, semine fusco, juba longa. *Burm. zeyl.* 159.

Melica seu Sorghum. *Dod. pempt.* 508.

Kauringhu. *Herm. zeyl.* 44.

PARIETARIA.

371. PARIETARIA foliis oppositis.

Parietaria zeylanica. *Herm. zeyl.* 30.

Descr. *Herba* caule pedali, simplici, erecto, tetragono. Folia opposita, oblongo-ovata, integerrima, tenuia, nervosa, scabra, longis laxisque petiolis insidentia. Flores verticillati, sessiles, ex iisdem alis ramuli oppositi, parvi, breves, simplicissimi. Utrum hæc sit vera *Parietariæ* aut *Urticæ androgynæ* species, non certo determino; facies certe *Parietariæ nostratis* & pistilla & stosculi masculi.

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.
PLANTÆ.

FICUS.

372. FICUS foliis cordatis integerrimis acuminatis. *Hort. cliff.* 471.

Ficus malabaricensis, folio cuspidato, fructu rotundo parvo gemino. *Pluk. alm.* 144. t. 178. f. 2.

Arbor zeylanica religiosa, foliis perpetuo mobilibus. *Burm. zeyl.* 29.

M

Arca-

Arcalu. *Rheed. mal.* 1. p. 47. t. 27.

Boghas, Budughaha, Budughas. *Herm. zeyl.* 42.

FILICES.

OSMUNDA.

373. OSMUNDA frondibus lanceolatis indivisis verticillato-terminatricibus.

Descr. *Planta pedalis, caule nudo, quem terminant folia sæpius septem, petiolata, indivisa, lanceolata, in orbem posita, erecta, inter quæ spica cylindrica, pedunculata. Inter pictas Hermannii plantas est.*

OPHIOGLOSSUM.

374. OPHIOGLOSSUM caule flexuoso, frondibus oppositis pinnatis, foliis utrinque spiciferis. *Hort. cliff.* 473.

Filix scandens pulchra brasiliiana. *Breyn. cent.* 185. t. 96.

Lonchitis, scandens brasiliiana, pinnulis eleganter laciniatis. *Morif. bist.* 3. p. 568. f. 14. t. 3. f. 15.

Phyllitidi multifida: adfinis filix scandens in pinnis tantum divisa oblongis angustis lanciniatis. *Sloan. flor.* 19 *bist.* 1. p. 88

Tficru-valli-panna. *Rheed. mal.* 12. p. 65. t. 33.

Paba foliis incis. *Burm. zeyl.* 180. *Herm. zeyl.* 6.

Descr. *Caulis lævis, scandens, teres, volubilis. Folia fructificantia, alternatim pinnata, foliolis lanceolatis, basi appendiculatis & fere hastatis, serraturis speciferis.*

375. OPHIOGLOSSUM caule flexuoso angulato, petiolis diphyllis, foliolis trifido-palmatis.

Valli-panna. *Rheed. mal.* 12. p. 6. t. 32.

Paba foliis non incis. *Herm. zeyl.* 6. *Burm. zeyl.* 180.

Descr.

Descr. *Præcedenti valde adfinis. Caulis flexuosus, angustus. Frondes ex tuberculo laterali fere oppositæ, singulæ petiolo diphylo, singulo foliolo palmato seu fere ad basin in lacinias tres lanceolatas serratas secto, quarum exterior brevis est.*

ACROSTICHUM.

376. ACROSTICHUM fronde pinnata, pinnis alternis linearibus fursum pinnulatis: inferioribus bipartitis. *Heiligt. acrostic. 12. n. 7. f. 3.*

Acrosticum maderaspatanum, foliis laciniatis. *Pet. mus. 741. Raj. app. 72.*

Filicis humilis species segmentis longis & angustis. *Burm. zeyl. 98.*

Planta siliquosa bivalvis unicapularis, siliquis in plurimos ramulos foliatis diffusis, crithmi maritimi segmenta quodammodo mentientibus. *Pluk: alm. 298. t. 215. f. 3.*

Rillæ an species? *Herm. zeyl. 75.*

Descr. *Facies folii Peucedani sive folii Crithmi; stipes plures ex una radice, æquales, pinnæ alternæ, lineares, pinnatifidæ: pinnulis linearibus, acutis, integerrimis.*

377. ACROSTICHUM fronde pinnata, pinnis alternis utrinque pinnatifidis; sterilibus latioribus.

Thaliætrum zeylanicum aquaticum. *Herm. zeyl. 36. Burm. zeyl. 222.*

Descr. *Planta facie foliorum Oenantes vel Thaliætri. Frondes alternatim pinnatæ, petiolatæ, aliæ latiores & steriles, aliæ angustiores & fructiferæ. Sterilium pinnæ alternatim inæqualiter pinnatæ: foliolis sinuatis, subovatis, difformibus. Fertilium pinnæ alternatim pinnatæ, foliolis remotis, linearibus; sæpe quinquepartitis laciniis linearibus divaricatis. Nulla in hac specie strigositas, ut in reliquis Filicibus, sed mollities herbacea, margo reflexus. foliorum tegit fructificationes, num unquam debiscat nescio.*

378. ACROSTICHUM frondibus integerrimis glabris petiolatis: sterilibus subrotundis, fertilibus linearibus. *Heiligt. acrost. 9. n. 1. f. 2.*
 Phyllitis repens scandensve, foliis duplicibus, aliis latis & subrotundis, aliis longis & angustis. *Raj. app. 13.*
 Filix scandens, nummulariæ folio. *Pet. mus. 217.*
 Muscus zeylanicus arboreus clavatus, foliis crassis rotundis, lycopodii fructu compresso. *Herm. zeyl. 38.*
 Maretta-mala-maravara. *Rheed. mal. 12. p. 87. t. 29. Comm. mal. 23.*
379. ACROSTICHUM caulibus triquetris, fronde digitata brevi lineari integerrima æquali. *Heiligt. acrost. 10. n. 5. f. 1.*
 Planta pluribus foliis triquetris, instar graminis cyperini, summitate foliorum in plurima folia biuncialia divisis. *Herm. zeyl. 27. Burm. zeyl. 194.*
 Descr. Stipites radicati, lineares, triquetri. Frons digitata ex foliis 9, linearibus, obtusis, erectis, interne fructificantibus.
 Obs. In Tomo quarto habetur *Acrosticum nudum, spica secunda ascendente reflexa compressa.* *Heiligt. acrost. 11. f. 4. 5. Juncus africanus pettinato capite.* *Morif. hist. 3. p. 233. f. 8. t. 19. f. 30. Herm. afr. 15. Pluk. phyt. 95. f. 7. Raj. app. 629. sed puto lectum in reditu e zeylona ad Caput Bonæ Spei.*
380. ACROSTICHUM frondibus lineari-lanceolatis acutis, caule scandente. *Heiligt. acrost. 9. n. 2.*
 Tiripanna. *Rheed. mal. 12. p. 141. t. 74.*
 Pihæmburu. *Herm. zeyl. 2. Burm. zeyl. 193.*
 Obs. *Habitat in Arboribus putridis.*
 Descr. *Repit radice filiformi. Frondes lineari-lanceolatæ, petiolatæ, integerrimæ, coriaceæ, acuminatæ, subtus crasso albicante tomento vestitæ, spithamam longæ. Fructificationes non videri, ex facie hoc refert.*

ADIANTHUM.

381. ADIANTHUM fronde simpliciter pinnata acuminata, foliolis recurvis incisivis.

Adiantum caule reflexo, pinnis alternis striatis in summo crenatis & frugiferis. *Burm. zeyl.* 8. t. 5. f. 1.

Adiantum zeylanicum filicis facie. *Herm. zeyl.* 37.

Filicula maderaspatana, foliolis furcatis, ex apice prolifera. *Pet. mus.* 767.

Rillæ species. *Herm. zeyl.* 9.

Descr. Stipites ex singula radice plures, erecti, nigri, hispidi, pedales, indivisi, alternatim pinnati: foliolis oblongis, recurvis, basi truncatis, apice rotundatis, antice incisivis; summi autem stipitum apices foliolis minoribus & recurvis gaudent.

POLYPODIUM.

382. POLYPODIUM foliis sterilibus simplicibus brevioribus obtusis sinuatis, fructificantibus alternatim pinnatis: pinnis lanceolatis.

Polypodium exoticum folio quercus. *Baub. pin.* 359. *Burm. zeyl.* 195.

Polypodium indicum. *Clus. exot.* 88. c. 89.

Polypodium indicum, foliis latissimis. *Comm. mat.* 55.

Panna-kelengo-marava. *Rheed. mat.* 12. p. 23. f. 11.

Beduru, Beaduru. *Herm. zeyl.* 7.

Descr. Frons adest fructificans, quæ adeo exakte refert Polypodium 3. Hort. 475. seu Polypodium majus aureum Plum. ut pro eadem haberem planta, nisi lectum in zeylona ab Hermanno; reliqua folia dimidio breviora, latiora, tantum sinuata, facie Quercus.

383. POLYPODIUM fronde pinnata, foliolis faicuto-lanceolatis serratis, basi truncata sursum auritis.

Filix zeylanica, lonchitidis facie. *Breyn. cont.* 189.
t. 44. f. 2. *Raj. app.* 69. *Burm. zeyl.* 98. t. 44. f. 2.

Filix five Lonchitis aspera maxima indorum. *Pluk.*
alm. 152. t. 30. f. 4.

Lonchitis aspera zeylanica, alis falcatis levissime denticulatis & superiore latere auriculatis. *Morif. bist.*
3. p. 566.

Rilla Filicis species, foliis alternis denticulatis indivisis uncialibus. *Herm. zeyl.* 7.

Obs. *Nostra planta tota glabra est.*

384. POLYPODIUM fronde supradecomposita pilosa, foliolis lanceolatis pinnatis, pinnis pinnatifidis.

Filix zeylanica ramosa denticulata. *Herm. zeyl.* 35.
Burm. zeyl. 98.

Filix zeylanica denticulata non ramosa. *Herm. zeyl.*
36.

Filix bermudensis elegans ramosa, pinnis rarioribus profunde dentatis spelunca rupium innascens, cauliculis muscosa lanugine obductis. *Pluk. alm.* 155.
t. 244. f. 2. *certo.*

TRICHOMANES.

385. TRICHOMANES fronde pinnata, foliolis ensiformibus acuminatis inciso-serratis; serraturis bifidis.

Filix foliis alternis denticulatis indivisis uncialibus.
Burm. zeyl. 97.

Filix non ramosa zeylanica, foliis adianthi in modum serratis. *Burm. zeyl.* 97. t. 43. *bona.*

Filix zeylanica, foliis adianthi in modum incisus.
Herm. zeyl. 36.

Adiantum africanum rutæ murariæ æmulum, segmentis longioribus acutis. *Pluk. alm.* 10. t. 123. f. 6.

Rillæ species. *Herm. zeyl.* 9.

Obs. *Flores non vidi; ex facie Trichomanis videtur Species.*

MUSCI.

LYCOPODIUM.

386. LYCOPODIUM erectum dichotomum, foliis cruciatis, spicis gracilioribus. *Dill. musc.* 450. t. 61. f. 5.

Selago indiæ orientalis sive Phlegmaria admirabilis zeylanica. *Breyn. cent.* 180. t. 92. *Raj. hist.* 1582. *app.* 655. *Burm. zeyl.* 211.

Tana-pouel paatia maravara. *Rheed. mal.* 12. p. 27. t. 14.

Descr. Caulis altus, dichotomus. Folia ovata, sessilia, cruciatim quaterna, acuta, rigida, horizontalia. Spicæ terminatrices, dichotomæ, filiformes, longæ, imbricatæ.

387. LYCOPODIUM erectum ramosissimum, spicis ovatis sessilibus nutantibus.

Lycopodium frutescens capillaceum crispum, spicis brevibus nutantibus. *Dill. musc.* 456. t. 63 f. 10.

Lycopodium zeylanicum erectum ramosissimum. *Burm. zeyl.* 144. t. 66.

Lycopodium zeylanicum erectum, foliis crassioribus & magis compressis. *Burm. zeyl.* 145.

Muscus zeylanicus erectus perpetuo virens in arboris proceritatem excrecens. *Pluk. alm.* 257. t. 47. f. 9.

Muscus zeylanicus terrestris clavatus erectus Badalvanassa zeylon hermanni. *Morif. hist.* 3. p. 624. f. 15. t. 5. f. 6.

Muscus terrestris zeylanicus erectus sive Lycopodium zeylanicum. *Herm. zeyl.* 36.

Muscus clavatus erectus, crispatis foliolis, spongiæ imitamentum ex china. *Pluk. alm.* 149. t. 43 f. 3.

Muscus maximus, coridis folio, viticulis late ramosis. *Plum. spec.* 16. filic. 144. t. 165.

Muscus frutescens, caulibus & ramulis foliolis capillaribus undique cinctis. *Raj. app.* 31.
 Bellon-patfia. *Rheed. mal.* 12. p. 73. t. 39.

388 LYCOPODIUM procumbens repens, ramis subspicatis, foliis distichis alternis ovatis appendiculatis.

Lycopodium denticulatum minus zeylanicum. *Burm. zeyl.* 144.

Lycopodioides repens, pinnulis ornithopodii. *Dill. musc.* 264. t. 66. f. 1. B.

Muscus lycopodioides denticulatus scandens repensve in extremitatibus ramulorum polyspermos ex jehore. *Pet. musc.* 535. *Raj. hist.* 32.

Muscus denticulatus zeylanicus minor, *Herm. zeyl.* 29.

ALGÆ.

FUCUS.

389. FUCUS caule tereti ramosissimo, frondibus lanceolato-linearibus serratis, fructificationibus globosis pedunculatis folioque umbilicatis. *Hort. cliff.* 478.

Fucus folliculaceus, serrato folio. *Baub. pin.* 365.

Lenticula marina, serratis foliis. *Dalech. hist.* 1397. *Sloan. flor.* 4.

Sargazo. *Pisf. bras.* 2. p. 266.

Obs. *Mare horridum instar prati reddit sepe planta natans.*

P A L M Æ.

PHOENIX.

390. PHOENIX frondibus pinnatis, foliolis alternis ensiformibus basi complicatis, stipitibus compressis dorso rotundatis. *Hort. cliff.* 482.

<p>Palma hortensis mas. <i>Kempf. exot.</i> 668, 686. t. 1. 2. f. 1. 3.</p>	<p>Palma hortensis (fœmina). <i>Kempf. exot.</i> 668. 686. t. 1. 2. f. 2. 6. 11.</p>
---	--

<p>Palma Dachel sterilis. <i>Pont. anth.</i> 154.</p>	<p>Palma Dactylifera major & Dactylus vulgo. <i>Burm. zeyl.</i> 183.</p>
---	--

Palma Dactylifera major vulgaris. *Sloan. flor.* 174.

Palma major. *Baub. pin.* 506.

Palma. *Dod. pempt.* 819. *Baub. bist.* 1. p. 351. *Raj. bist.* 1352.

Indi. Mahaindi. *Herm. zeyl.* 69.

Pharmac. DACTYLI *Fruſtus,*
Oſſa.

Obſ. Cum indiarum Annona & Ager conſiſtat in proventu & copia Palmarum, cumque Palma dactylifera Indi dicatur, forte India dicta fuit a Palmis, quaſi terra Palmarum.

COCCUS.

391. COCCUS frondibus pinnatis, foliolis ensiformibus, ſtipitibus margine villoſis. *Hort. cliff.* 483.

Palma indica coccifera anguloſa. *Baub. pin.* 502. *Raj. bist.* 1356. *Sloan. flor.* 132. *bist.* 2. p. 8.

Palma indica nucifera. *Baub. bist.* 1. p. 375.

Inaja guacuiba. *Marcgr. braſ.* 138.

Maron. *Hern. mex.* 7.

Tenga. *Rheed. mal.* 1. p. 1. t. 1 2. 3. 4. *Pont. anth.* 154.

Polghaha. *Herm. zeyl.* 50.

M f

AREG-

ARECCA.

392. ARECCA frondibus pinnatis, foliolis oppositis lanceolatis plicatis.
 Areca seu Fauſel, avellana indica verſicolor. *Raj. biſt.* 1363.
 Palma arecifera, nucleo verſicolore moſchatae ſimili. *Herm. prodr.* 361. *Pluk. alm.* 275. t. 309. f. 4.
 Palma indica minor, fructu areca dicto, vulgaris. *Burm. zeyl.* 182.
 Palma cujus fructus ſeſſilis Fauſel dicitur. *Baub. pin.* 510.
 Caunga. *Rheed. mal.* 1. p. 9. t. 5. 6. 7. 8.
 Puwakghaha. Lenataei. *Herm. zeyl.* 51. 66.
 Pharmac. CATECHU Terra (Japonica), Tinctura.

CYCAS.

393. CYCAS frondibus pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis, ſtipitibus ſpinosis. *Hort. cliff.* 482.
 Palma farinifera japonica Sotitſou japonenſibus. *Breyn. prodr.* 2. p. 8.
 Palma indica, caudice in annulos protuberante diſtincto. *Raj. biſt.* 1360.
 Palma prunifera japonica. *Rheed mal.* 3. p. 9. t. 13-21.
 Teſſio. *Kempf. jap.* 836.
 Pharmac. SAGOÛ *Fœcule.*
 Obſ. *Hæc in Zeylona varius culta occurrit.*

CORYPHA.

394. CORYPHA frondibus pinnato-palmatis plicatis interjecto filo. *Hort. cliff.* 482.
 Palma zeylanica, folio longiſſimo latiſſimoque, Tala & Talaghas dicta. *Burm. zeyl.* 181.
 Palma montana, folio plicatili ſtabelliformi maximo ſemel tantum frugifera. *Raj. biſt.* 1367.
 Palma montana malabarica, folio magno complicato acuto, flore albo racemoſo, fructu rotundo. *Comm. flor.* 50. *Plum. gen.* 3.

- Saribus. *Rumpf. amb.* 1. p. 42. t. 8.
 Coddapanna five Palma montana malabarica. *Rheed. mal.* 3. p. 1. t. 1--12. *Pont. antb.* 142.
 Tallipot. *Knox. zeyl.* 29.
 Talaghas. *Herm. zeyl.* 54.

BORASSUS.

395. BORASSUS frondibus palmatis.
 Palma indica Tal & Talghala, fructu carnosio dulci & eduli putamine incluso. *Burm. zeyl.* 49. 187
 Carimpanna. *Rheed. mal.* 1. p. 12. t. 9.
 Talghala. *Herm. zeyl.* 49.

CARYOTA.

396. CARYOTA frondibus duplicato-pinnatis, foliolis cuneiformibus obliquis incis. *Pluk. alm.* 277.
 Palma indica vinifera, fructibus urentibus, folio adianthi, saccharum præbens. *Burm. zeyl.* 186.
 Palma humilis ex insula macasaria indiae orientalis, nucleo plerumque gemello nucis moschatæ instar versicolore, Kittiel zeylonensibus dicta. *Pluk. alm.* 277.
 Palma dactylifera, fructu acerrimo. *Plum. spec.* 3.
 Palma indica, folio bicomposito, fructu racemoso. *Raj. bist.* 1365.
 Schunda-pana. *Rheed. mal.* 1. p. 15. t. 11.
 Kettule. *Knox. zeyl.* 30.
 Kitulætha. Kitul. *Herm. zeyl.* 44.

VAGA.

397. PALMA dactylifera minor humilis sylvestris, fructu minore, *Herm. prod.* 361. *Burm. zeyl.* 183.
 Palma sylvestris malabarica, folio acuto, fructu pruni facie. *Pluk. alm.* 276.
 Karou-indel. *Rheed. mal.* 3. p. 15. t. 22. 23. 24. 25.
 Hinindi. *Herm.* 66. 69.

Classis XXV.

O B S C U R Æ.

Planta, quarum fructificatio parum, nec sufficienter, cognita.

DIANDRIA.

398. OPHIOXYLUM foliis quaternis.

Ligustrum foliis ad singula internodia ternis, Lignum Colubrinum officinis creditum. *Burm. zeyl. 141. t. 64.*

Clematis indica, persicæ foliis, fructu periclymeni. *Baub. pin. 304.*

Lignum colubrinum primum & laudatissimum. *Garc. arom. 163.*

Acawerya. *Herm. zeyl. 4.*

Descr. Caulis erectus, teres, simplicissimus. Folia quaterna sive cruciatim opposita, lanceolato-ovata, glabra, acuminata, petiolata. Corolla infundibuliformis, tubo longo; Limbo quinquesido, cum Nectario cylindrico (more Narcissi) in fauce, integerrimo. Calyx bifidus. Stamina duo in ore corollæ.

399. VERBENA spicis capitato-conicis solitariis, foliis ferratis, caule repente.

Verbena repens nodiflora. *Burm. zeyl. 214.*

Verbena nodiflora major indica, flore niveo, hermanni. *Morif. hist. 3. p. 419. Raj. app. 287.*

Sherardia repens, folio subrotundo crasso, nodiflora. *Vail. ferm. 231.*

Ranunculo affinis planta indica, floribus purpureis. *Comm. mal. 230.*

Ana-coluppa. *Rheed. mal. 10. p. 93.*

Hirimanadactta. *Herm. zeyl. 66.*

Obs.

Obf. *Planta occurrit inter pictas Hermanni, & est varietas VERBENÆ foliis verticaliter ovatis, spicis globosis, Hort. cliff. 11. Verbena nodifloræ Bauh. pin. 269. prodr. 125, adeoque collocanda inter plantas 21 & 22 Floræ.*

TETRANDRIA.

400. KNOXIA.

Dentellaria zeylanica, flore minimo, antirrhimi folio. Raj. app. 246.

Lychnis indica sylvestris, flosculis tenellis albis, Burm. zeyl. 144.

Wissaduli. Herm. zeyl. 11. 42.

Obf. *Habitat super truncos Arborum putridarum.*

Descr. *Facies Plumbaginis aut Lychmidis. Caulis erectus, pedalis, glaber, articulatus. Folia opposita, lanceolata, subsessilia, avenia, glabra. Spicæ longæ, angustæ: floribus sparsis, sessilibus. CAL. Perianthium tetraphyllum, parvum, deciduum: foliis acuminatis: unico lanceolato triplo majore. COR. monopetala, infundibuliformis: Tubo filiformi, longo. Fauce rotundata, externe villosa. Limbo quadripartito: laciniis æqualibus, oblongiusculis, rotundatis. STAM. filamenta 4, capillaria, intra faucem corollæ. Antheræ oblongæ, æquales. PER. Fructus nudus, subglobosus, acuminatus, sulcatus. SEM. 2, nuda, subrotunda, acuminata: extrorsum convexa, striis 3 elevatis, introrsum planâ, receptaculo filiformi superne annexa. Adeoque inter plantas Floræ 62 & 63 collocandum est novum genus.*

PENTANDRIA.

401. CYCLAMEN corolla nutante.

Cyclaminis species, Urula zeylonensibus, Burm. zeyl.

84.

Ura-

Urala. *Herm. zeyl.* 50.

Urulu. *Herm. zeyl.* 57.

Obf. *Habetur inter pictas Hermannii; quod sit genuina Cyclaminis species dubio omni caret; Radix, Folia cordata crenata, flores, & scapi circinati abunde docent; sola corolla non reflexa, sed laciniis deorsum nutantibus & magnitudine, qua hæc nostrates species longe superat, tantum differt. Adeoque collocetur inter plantas 72 & 73 Floræ.*

402. OPHIORHIZA.

Periclymenum zeylanicum herbaceum, foliis variegatis diversicoloribus maculis ornatis. Herm. prodr. 363.

Periclymenum indicum, foliis maculatis latioribus laurinis. Burm. zeyl. 186. (non synon.)

Radix serpentum. Grim. zeyl. 116.

Ekawerya. Herm. zeyl. 37.

Naghawalli. Herm. zeyl. 55.

Pharmac. COLUBRINUM LIGNUM.

Obf. *Habitat in Monte Adami, nominata Naghawalli a Nagha Angue vittata, cujus ictus hujus folia specificè & mirifice sanant. Herm.*

Descr. *Caulis simplex. Folia opposita, lanceolato-ovata (Adhatodæ), integerrima, glabra, nervis oblique transversis, petiolata. Pedunculus terminans caulem Corymbo ex spicis simplicibus sive bifidis, umbellatim digestis ex uno centro, & patentibus. Flores sessiles a latere superiore horizontalis spicæ. Corolla monopetala, infundibuliformis, limbo quinquefido, obtuso, patente, interne barbato. Filamenta quinque, filiformia. Antheræ erectæ, oblongæ, longitudine floris. Capsula ovata, compressa, bilocularis dissepimento valvis contrario, bivalvis, ad dimidium debiscens.*

403. RIBESIOIDES.

Grossularia zeylanica major Ghæstambilla zeylanensis. Burm. zeyl. 112.

Ghæ-

Ghæfæmbilla. *Herm. zeyl.* 36.

Æmbilla. *Herm. zeyl.* 11.

Descr. *Arbor.* Folia *obverse ovata, alterna, obtusiuscula, integerrima, petiolata, glabra.* Panicula *maxima ramos terminans ex racemis composita.* Calyx *quinquesidus, minimus.* Petala *quinque.* Stamina *quinque.* Pistillum *unicum.*

404. APOCYNONE-NERIUM.

Mendya. *Herm. zeyl.* 5.

Bombuæla. Wælmendya. *Herm. zeyl.* 17.

Descr. *Arbor.* Folia *opposita, lanceolata sive ovato-lanceolata, glaberrima, acuminata, integerrima, petiolata, transversim venosa.* Pedunculus *ex alis, brevis; umbella florum monopetalorum infundibuliformium.* Neriis *adfinis.*

405. JASMINE-NERIUM.

Rhamnus Lycii myrsinitis facie gangeticus, foliis densis fere convolutis, jasmini floribus & spicis gemellis. *Pluk. alm.* 318. t. 45. f. 6.

Frutex zeylanicus, jasmini flore, folio subrotundo, siliquis falcatis. *Herm. zeyl.* 33. *Burm. zeyl.* 102.

Descr. *Frutex ramis teretibus, secundum genicula varie flexus.* Folia *opposita, exacte ovata, acuta, subsessilia.* Spinæ *duæ ad genicula ramorum, horizontales, rectæ.* Flores *ad apices ramorum plures, facie jasmini, in medio tubi antheris instructi.*

OCTANDRIA.

406. PHANTIS.

Potha. *Herm. zeyl.* 24.

Descr. *Frutex scandens, lignosus, flexuosus, parum ramosus.* Folia *alterna, petiolata, ovata, glabra, venosa, perennia, integerrima.* Corymbi *brevissimi, ex axillis foliorum.* Perianthium *monophyllum, plano-*

no-campanulatum, parvum, quadrilobum, obtusiusculum. Petala 4, equalia, obverse ovata. Stamina 8, brevia. Antheris subrotundis. Germen minimum, supra receptaculum. Stylus cylindricus. Stigma capitatum. Fructus ignotus. Elephantum esca est. Distinctissimus frutex a Potbos.

DECANDRIA.

407. BANNISTERIOIDES.

Pæla. *Herm. zeyl. 24.*

Descr. Arbor sive frutex, sarmentosus, flexilis. Folia alterna, ovato-oblonga, (superiora acuminata) petiolata, perennia, glabra, nitida, vasis utrinque elevatis, integerrima. Racemi aliquot ad ramorum apices. Calyx ovatus, pentaphyllus. Petala quinque, concava, unguiculata. Stamina 8 seu 10, longitudine fere corollæ. Ex flore & facie ad Bannisterias accedit, sed folia alterna, fructus ignotus.

408. SANTALOIDES.

Kiridiwæl. *Herm. zeyl. 10.*

Kalawæl. *Herm. zeyl. 24.*

Descr. Arbor foliis alternis, pinnatis ex 7 sive 9 foliolis ovatis, acuminatis, glabris, venosis, nitidis, integerrimis, crassiusculis, petiolatis. Racemi plures, conferti, erecti, longitudine foliorum, ex alis superioribus foliorum. Calyx monophyllus, quinquefidus, urceolatus, laciniis rotundatis. Petala quinque, lanceolata, patentia, obtusiuscula. Stamina 10, erecta, longitudine corollæ, antheris subrotundis. Styli duo, staminibus breviores, stigmatibus obtusis.

ICOSANDRIA.

409. EUGENIOIDES.

Laurus serrata, floribus spicatis ex foliorum alis convenientibus. Burm. zeyl. 139, t. 62.

Ar-

Arbor Bobu dicta. *Burm. zeyl.* 26.

Bombu arbor zeylanica, cujus folia tinctoribus in-
serviunt. *Pet. mus.* 39.

Bobu. *Herm. zeyl.* 9.

Weralu. *Herm. zeyl.* 10. bis.

Descr. *Arbor ramis tetetibus, rufescentibus, glabris.*
Folia alterna, lanceolato-ovata, acuminata, obtuse ser-
rata, serraturis glandula minima terminatis, glabra,
venosa. Racemi simplices vel triplices ex alis.
Flores sessiles. Facies Padi. Calyx monophyllus, quin-
quefidus, minimus. Petala quinque, flava. Stami-
na multa, calyci inserta, corolla longiora. Germen
sub receptaculo. Stylus filiformis, longitudine stami-
num. Stigma obtusum. Bacca calyce coronata.

POLYANDRIA.

410. RHAMNICASTRUM.

Æmbilla. *Herm. zeyl.* 19.

Descr. *Arbuseula. Folia ovata, alterna, glabra, ve-*
nosa, perennia, integerrima, petiolis brevissimis. Ex
singula ala folii spina subulata, folio brevior. Pani-
cula parva sive racemi ad apices ramorum. Calyx
tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina numerosa
longitudine calycis & corollæ. Pistillum unicum.

DIDYNAMIA.

411. ALOPECURO-VERONICA.

Veronica hirsuta latifolia zeylanica aquatica. *Herm.*
zeyl. 29. *Burm. zeyl.* 228.

Planta spicata hirsuta, menthæ tuberosæ facie. *Herm.*
zeyl. 25?

Descr. *Herba erecta, pilis rigidiusculis hispida. Cau-*
lis tetragonis lateribus excavatis, simplex, pedalis.

N

Folia

Folia *opposita, ovato-oblonga, serrata, subsessilia*.
 Spica *terminans caulem, cylindrica, densissima*. Ra-
 mi *breiores ex alis inferioribus*. Semina qua-
 tuor.

412. STOECHADO-MENTHA.

Mentha zeylanica camphorata hirsuta (rectius for-
 san) *Polium zeylanicum hirsutum quadrifolium*
camphoratum. *Burm. zeyl.* 157.

Mentha zeylanica camphorata triphylla & tetraphyl-
la Ghanocolla zeylonensibus. *Raj.app.* 284.

Mentha zeylanica aquatica hirsuta ramosa, odore gra-
vi. *Pet. succ.* 246. n. 21.

Ghonakola. *Herm. zeyl.* 1. 57.

Descr. *Caulis herbaceus, erectus, simplex, obsolete te-*
tragonus, villosus. Folia *quaterna, lanceolata, sessi-*
lia (stoebadis arabicæ), serrata, venosa, pubescenti-
ta. Pedunculi *quatuor oppositi, ex singula ala fo-*
lii singuli, laterales, terminati floribus in fasciculum
digestis, foliolis cinctis. Semina *quatuor*.

413. VITEX trifolia indica odorata hortensis, floribus cæruleis racemosis. *Burm. zeyl.* 229.

Vitex trifolia minor indica. *Breyn. prodr.* 2. p. 104.
Pluk. alm. 390. t. 206. f. 5.

Negundo Arbor femina. *Baub. bist.* 1. p. 189.

Negundo femina. *Acoft. ital.* 211.

Frutex indicus baccifer, fructu calyculato monopy-
 reno. *Raj. bist.* 1515.

Piperi similis fructus striatus femina. *Baub. pin.*
 412.

Cara-nosi. *Rheed. mal.* 2. p. 13. t. 11.

Nika. *Herm. zeyl.* 48.

414. VITEX trifolia odorata sylvestris indica. *Burm.*
zeyl. 229.

Vitex trifolia minor indica serrata. *Breyn. prodr.* 2.
 p. 104. *Pluk. alm.* 390.

Negundo arbor mas. *Baub. hist.* 1. p. 189.

Negundo mas. *Acoft. ital.* 210.

Bem-nofi. *Rheed. mal.* 2. p. 15. t. 12. *Raj. hist.* 1575.

Walnika. *Herm. zeyl.* 47.

Obs. *De genere hujus & præcedentis adhuc dubium est, licet videantur proxima ad genus Viticis accedere.*

415. PISTACIO-VITEX.

Anonyma. *Herm. herb.* 1. p. 16.

Descr. *Arbor. Folia opposita, pinnata (Pistaciæ), sæpe ex quinque foliolis ovalibus, glabris, plicatis, integerrimis, obtusis, solidis. Panicula terminans ramos, brachiato-trichotoma. Calyx monophyllus, campanulatus, obsolete quadridentatus, persistens. Corolla monopetala, ringens: labio superiore brevior, reflexo, bipartito; labio inferiore trifido, reflexo: media majore. Stamina sub labio superiore, corolla paullo longiora. Germen ovatum; stylus facie staminum; stigma bifidum, acutum. Drupa.*

416. CORNUTIOIDES.

Sambucus zeylanica odorata aromatica. Burm. zeyl. 209.

Mindi. Midi. *Herm. zeyl.* 14.

Descr. *Arbor ramis obsolete tetragonis. Folia ovata, glabra, acuta, integerrima, petiolata, opposita; stipule sublanceolatae, deciduæ. Panicula ramos terminans, facie corymbi Sambuci. Perianthium monophyllum, tubulosum, obsolete tridentatum: dente superiore latiore, inferioribus angustioribus. Corollæ tubus cylindricus, calyce longior; limbus quadripartitus laciniis obtusis, quarum superior brevior, inferior longior, laterales angustiores. Stamina quatuor, quorum duo breviora, longitudine tubi. Antheræ subrotundæ. Germen subrotundum; stylus longitudine filamentorum; stigma bifidum. An Cornutiæ species?*

DIADELPHIA.

417. PTEROCARPUS.

Draco arbor indica filiquosa, populi folio, Angfana vel Angfava javanica. *Comm. hort. 1. p. 213. t. 109. Raj. dendr. 113.*

Arbor sarmentosa fabifera. *Burm. zeyl. 26.*

Kalawæl. Wallourodu. *Herm. zeyl. 8. 21.*

Descr. *Arbor sarmentosa. Folia alterna, ternata vel pinnata, foliolis 3 aut 5 ovatis, glabris, petiolatis, integerrimis. Racemi ex alis. Flores papilionacei, lutei; calyce monophylo, integerrimo. Legumen facie siliquæ Lunariæ, in medio semen unicum magnum tenens. Stamina non vidi & forte non cohæreant uti diadelpba, sed distincta ut in Decandris scil. Cercis, Sophoræ &c. quod ex calycis structura facile statuerem.*

SYNGENESIA.

418. BACCHARIOIDES.

Serratula indica major, capitulo folioso. *Morif. hist. 3. p. 134.*

Carduo-Cirsium minus angustifolium, capitulis plurimis amplioribus sparsis, e maderaspatan. *Pluk. alm. 83. t. 154. f. 4. mala.*

Jaceæ vel Serratulæ adfinis, capitulis baccharidis, foliis trachelii, zeylanica. *Herm. lugdb. 334. t. 677? an? Breyn. prodr. 1. p. 39. Burm. zeyl. 123. an?*

Scabiosa conyzoides, foliis latis dentatis, semine amaro lumbricos enecante. *Burm. zeyl. 210. t. 95. bona.*

Scabiosa indica, capitulis foliaceis, major, foliis trachelii. *Herm. zeyl. 34.*

Descr.

Descr. *Caulis herbaceus, striatus, glaber. Folia alterna, lanceolata, in medio lata, profunde & acute ferrata, viridia, in petiolos desinentia. Rami ex alis superioribus alterni. Flores brevibus pedunculis terminantes caulem & ramos, ut & ex alis superioribus enati. Calyx communis (asteris) crassus, imbricatus; flosculi numerosi, monopetali, campanulati; stamina Syngenesiæ. Semina pilis simplicibus longitudine calycis coronata. Receptaculum nudum. Facies Conyzæ 2. Hort. cliff. 405. sive Conyzæ majoris vulgaris C. B. quam Bacchariden dixerunt Botanici.*

419. SENECIOIDES.

Senecio indicus, atriplicis folio. Moris. hist. 3. p. 106. f. 7. t. 17. f. 7.

Senecio indica, foliis ternis crenatis. Burm. zeyl. 211. t. 96. f. 1.

Monarakudhimbya. Herm. zeyl. 2. 31.

Descr. *Herba caule pedali. Folia alterna, subovata, subcrenata sive obsolete ferrata, in petiolos desinentia, simplicia, solitaria, ex alis rudimenta ramulorum (hinc trifolia credita). Panicula caulem terminans.*

420. ERIGEROIDES.

Chrysanthemum quæ planta humilis ramosa, foliis angustis leviter ferratis, capitulis aphyllis capitatis. Burm. zeyl. 61.

Mudhamana. Herm. zeyl. 61.

Descr. *Herba digiti altitudine, facie ferme Tsipolii, erecta, in aliquot ramos divisa. Folia ad radicem & ramos linearia, acuta, dentata. Flores semiglobosi. Calyx lævis, squamis radii instar supra discum emergens & expansus. Discus latus e flosculis. Semina nuda. Receptaculum nudum.*

421. **MATRICARIA** Sinensis, flore monstrofo. *Vaill. art.* 1720. p. 368.
Matricaria flore pleno magno. *Herm. zeyl.* 33.
Burm. zeyl. 153.
Matricaria indica, latiore folio, flore pleno. *Morif. bist.* 3. p. 33.
Matricaria zeylanica hortensis, flore pleno. *Raj. app.* 224.
Matricaria maderaspatana, flore pleno flavescente. *Pet. mus.* 786.
Chrysanthemum maderaspatanum, oxyacanthæ foliis cæsiis ad marginem spinosis, calyce argenteo. *Pluk. alm.* 101. t. 160. f. 6.
Tsietti-pu. *Rheed. mal.* 10. p. . t. 44.
 β *Matricaria sinensis*, minore flore, petalis & umbone ochroleacis. *Pluk. amaltb.* 142. t. 430. f. 2. *Vaill. art.* 1720. p. 368.
 Descr. *Caulis herbaceus, erectus. Folia simplicia, cordata, sinuato-multifida, incisa, petiolata (Artemisise facie). Flores ramos terminantes, calyce imbricato squamis margine membranaceis, ut in Chrysanthemis. Corolla plena.*

GYNANDRIA.

422. **DRACUNCULUS** zeylanicus polyphyllus maximus, caule trifido. *Tournef. inst.* 161. *Burm. zeyl.* 90.
 α *Dracoptium indicum multifidum.* *Herm. zeyl.* 33.
Dracontium zeylanicum, ramoso folio, maximum. *Herm. parad.* 89. descr.
 β *Dracunculus non spinosus esculentus.* *Burm. zeyl.* 89.
Kidaram. *Herm. zeyl.* 21. 22.
 Obs. *Plantæ α & β certe eadem in Herbario Hermannii.*

MONOECIA.

423. **HERNANDIA.** *Hort. cliff.* 485.
Hernandia amplo hederæ folio umbilicato. *Plum.*
gen. 6.
Hernandia flore cordato amplo umbilicato, flore hexapetalo. *Pet. collect.* 1. §. 228.
Nux zeylanica, umbilicatis foliis. *Kigg. beaum.* 31.
Burm. zeyl. 171.
Nux vesicaria oleosa, foliis umbilicatis, ex insula barbadensi. *Pluk. alm.* 266. t. 208. f. 1.
Arbuscula exotica, foliis umbilicatis nukulam nukulæ indicæ sonoræ similem ferens. *Breyn. prodr.* 2, p. 20.
 Obs. *Inter pictas Hermanni habetur, plantæ facie Hernandiæ, Hort. cliff. foliis magnis; ex alis, in longis pedunculis corymbi; facies Jatrophæ aut Sterculiæ, cui adfinis videtur, sed ob folia peltata diversa species a reliquis enumeratis.*

CRYPTOGAMIA.

424. **FILIX** fronde pinnata: pinnis ensiformibus serratis, inferioribus oppositis: inferne folio longo auctis.
Polypodium caule simplici, foliis simplicibus variis longis serratis. *Burm. zeyl.* 196. t. 87. *bona.*
Filix similis ramosæ Alpini, angustioribus vero foliis & tantum semel ad basin divisis. *Burm. zeyl.* 97.
Filicula cheusanica five *Hemionitis* multifido folio tenuissime serrato, ad margines seminifero. *Pluk. amalhb.* 94. t. 407. f. 2.
Rilla. *Herm. zeyl.* 11.

425. FILIX fronde pinnata, pinnis lanceolato-ensiformibus integris striatis setaceo-ferratis.
 Filix non ramosa altissima palustris, pinnis integris alternis ferratis acutis. *Burm. zeyl.* 100. t. 46.
 Filix non ramosa, foliis integris ferratis, zeylanica, *Breyn. cent.* 188. *Raj. hist.* 141.
 Filix zeylanica glabra latifolia maxima. *Herm. zeyl.* 38.
 Kærakoku. *Herm. zeyl.* 6: *Burm. zeyl.* 133.
 Descr. Stipes altus, glaber, simplex. Foliola alterna, lanceolata, striata, subpetiolata, acute serrata, serraturis setaceo-subulatis.
426. FILIX fronde pinnata, pinnis ensiformi-lanceolatis ferratis: basi sursum angulatis.
 Filix zeylanica foliis integris in margine leviter dentalis. *Herm. zeyl.* 35. *Burm. zeyl.* 98.
 Obs. *Figuram hujus optime refert.* *Pluk. phyt.* 285. f. 1.
427. FILIX fronde pinnata, pinnis lineari-lanceolatis: serraturis subovatis acutis.
 Filix zeylanica denticulata non ramosa. *Burm. zeyl.* 98. t. 44. f. 1.
 Filix zeylanica dentata. *Herm. zeyl.* 31.
 Filix pyramidalis maderaspatana elegans, pinnulis ferratis. *Pet. mus.* 55. t. 1.
 Filix non ramosa, pinnulis longioribus angustis profunde dentatis, supræma pinnula admodum elongata, ex insula Johanna. *Pluk. mant.* 78.
 Descr. Stipes sulcatus. Frons pinnata: pinnis lanceolato-ensiformibus, alternis: ferratis, serraturis subovatis, acutis; pinna terminatrix crassior, brevior, profundius serrata.
428. FILIX fronde opposite pinnata: foliolis pinnatifidis apice lanceolatis: inferioribus conjugatis.
 Filix zeylanica, polypodii facie. *Herm. zeyl.* 35.
 Descr.

Descr. *Pulchra planta. Stipes pedalis, cui pinnatim quinque vel sex paria opposita pinnarum cum impari; harum pinnæ omnes lanceolatæ, polypodii modo pinnatifidæ ad costam, pinnulis obtusis, vix manifeste serratis apice. At apex foliorum in pinnam ensiformem, longitudine ipsius folioli, serratam, exit; sed infima foliola conjugata seu duo eidem basi innixa, par vero secundum foliolorum inferne etiam fere conjugatum altero foliolo.*

429. **FILIX** fronde ramosa, foliis conjugatis, foliolis pinnatifidis, pinnis linearibus integerrimis coadunatis.

Filix ramosa zeylanica (fæminæ species) divisuris integris nostrate angustioribus semel aut bis dissectis. Burm. zeyl. 97.

Rilla. Herm. zeyl. 32.

Descr. *Caulis teres, ramosus, variis frondibus instructus, compositus vel dichotomus; petiolo insident frondes duæ, sessiles, facie fere Polypodii, seu foliolo singulo lanceolato, pinnatifido; pinnis linearibus, acutis, parallelis, integerrimis, basi coadunatis; at ubi petiolus hæc duo foliola ferens exit, sæpe duo foliola opposita conspiciuntur præcedenti simillima, sed non conjugata.*

Classis XXVI.

D U B I Æ.

Plantæ, quarum fructificatio adhuc latet.

Arbores foliis simplicibus alternis.

430. HIGHULHÆENDA folio myrti. *Herm. zeyl. 21. Burm. zeyl. 121.*

Descr. Frutex facie Myrsines, ramis cinereis, alternis. Folia alterna, obverse ovata (Vaccinii Flor. Succ. 312.), obtusa, crassa, integerrima, glabra, in petiolos desinentia.

431. KALUHABURUNGHOS. *Herm. zeyl. 21. Burm. zeyl. 133.*

Descr. Arbor ramis teretibus, flexuosis, alternis. Folia alterna, ovata, acuminata, annua, integerrima, glabra (fere corni). Ex alis Flores minimi, conferti, sessiles. Fructus globosus, sessilis, pisi magnitudine.

432. NELUGHAS. *Herm. zeyl. 3. Burm. zeyl. 166.*

Descr. Arbor ramis teretibus, crassiusculis, obtusis strictis, glabris. Folia alterna, ovato-oblonga, acuminata, integerrima, pedicula, petiolis longiusculis erectisque insidentia, supra glabra, subtus venosa & sub-tomentosa.

433. SAMANDURA. *Herm. zeyl. 5. 11.*

Amygdalus amara indorum, putamine fungoso amicta, flore umbellato, nucibus ad unum florem plurimis, Samandara bengalensis & Coembara zey-

zeylonensibus dicta. *Pluk. mant. 12. Burm. zeyl. 19.*

Amygdalus amara, fructu aggregato, cujus officulum materia crassa & fungosa cum nucleo occultatur. *Pluk. alm. 250.*

Siliquosa flore umbellato pentapetalo, siliquis digitalibus spadiceis monospermis ad unum florem pluribus. *Raj. bist. 1753.*

Arbor indica amara, nucleis amygdali facie Katappas lusitanis. *Burm. zeyl. 25.*

Nagam. *Rheed. mal. 6. p. 37. t. 21.*

Descr. *Arbor* foliis alternis, ovali-oblongis, obtusis, perennibus, crassis, venosis, glabris, integerrimis, petiolatis.

434. GÆDAWAKKA. *Herm. zeyl. 25.*

Platanus zeylanica, pilulis setaceis miniatis cerasi magnitudine in spica dispositis. *Burm. zeyl. 195.*

Descr. *Arbor* ramis teretibus. Folia alterna, lanceolato-ovata, integerrima, glabra, petiolata. Drupæ siccæ ex alis, nonnullæ simul, pedunculis brevissimis propriis, echinatae undique setis rigidis.

435. MINDELA. Mindella. Sammatrapalam. *Herm. zeyl. 24.*

Arbor Mindela & Sammatrapalam incolis dicta. *Burm. zeyl. 29.*

Descr. *Arbor*. Folia pedalia, obverse ovata, acuminata, integerrima, sessilia, (Nicotianæ aut Verbasci, alterna, utrinque glabra. Pedunculi filiformes, longissimi.

436. HIBISCOIDES.

Planta scandens, foliis latis subrotundis in acumen desinentibus: subtus lanuginosis quatuor nervis donatis. *Herm. zeyl. 27.*

Descr. *Caulis* fere volubilis, lignosus, simplex, teres. Folia alterna, magnitudine manus, subovata, acuminata,

nata, integerrima, coriacea, quinquenervia (omnino), glabra, subtus tomentosa, petiolis longis insidentia.

437. EUONYMOIDES.

Arbor foliis crassis subrotundis, capsula euonymi.
Herm. zeyl. 25. Burm. zeyl. 29.

Descr. *Arbustula ramis crassis. Folia alterna, obverse ovata, sæpius emarginata, crassa, perennia, integerrima, glabra, in petiolos desinentia. Spinæ rariores infra folia.*

438. OXYCOCOCOIDES foliis cordato-ovalibus trilobisque.

Anonymos. *Herm. herb. 1. p. 21.*

Descr. *Caulis filiformis, Oxycocci, pedalis aut bipedalis, procumbens, ramosus. Folia cordato-ovalia; obtusa, alterna, glabra, integerrima, rarius triloba; lobo intermedio duplo productiore & quasi aurito.*

Arbores foliis simplicibus oppositis.

439. WÆLMEDYA. *Herm. zeyl. 13. Wælmindi. Herm. zeyl. 33.*

Descr. *Arbor ramis viridibus, teretiuseulis. Folia opposita, ovata, vel superne ovato-lanceolata, utrinque viridia, petiolata, obsolete serrata, glabra. Pedunculi oppositi, dichotomi, ex alis (interjectis dichotomiis minoribus), folio brevioribus, involucris diphyllis, sulcatis. Calyx minimus, quinque dentatus. Corolla pentapetala.*

Herbæ foliis simplicibus oppositis.

440. MUREX.

Hyoscyamus maritimus, fructu tribuli aculeato, dispersos. *Burm. zeyl.* 122.

⊗ *Hyoscyamus maritimus*, fructu tribuli aculeato, monospermos. *Burm. zeyl.* 122.

Patiraja. *Herm. zeyl.* 42.

Obs. *Fruetibus hujus loco Muricum (Fotangels s. Pufanglen) utuntur Cinghali.* *Herm.*

Descr. *Herba erecta, caule inferne ramoso. Folia opposita, subovalia, repanda, undata, petiolata. Fructus ex singula ala solitarii, ovals, quatuor aculeis oppositis ad latera armati.*

Plantæ foliis compositis.

441. KOBBIÆ. *Herm. zeyl.* 24.

Rhois trifoliæ frutex ialawaccensis, floribus juliformibus. *Pet. mus.* 678. *Raj. dendr.* 58.

Frutex trifolius spicatus produens baccas nigras. *Burm. zeyl.* 101.

Descr. *Frutex facie Rhois africang. Folia alterna, longis petiolis, ternata aut quinato-digitata; foliolis herbaceis, magnis, ovatis, acutis, argute serratis. Spicæ simplices, raro ramosæ, ex alis: flosculis infinitis, minimis, pedicellis minimis propriis adfixis.*

442. PANAGHAS. *Herm. zeyl.* 5. *Burm. zeyl.* 184.

Descr. *Arbor foliis alternis, vel ternatis vel pinnatis ex foliolis 3 sive 5 ovatis, petiolulatis, integerrimis, crassis, obtusiusculis, lævibus. Racemi ex alis. An Pistaciæ adfinis?*

443. JURIGHAS. *Herm. zeyl. 5.*
 Arbor Jurighas dicta. *Burm. zeyl. 25.*
 Filix zeylanica arborefcens, pinnis alternis longis integris in apice bifidis, caule membranis aucto. *Burm. zeyl. 99. t. 45.*
 Arbor zeylanica Maniglia dicta latifolia & angustifolia. *Herm. zeyl. 35. Burm. zeyl. 29.*
 Descr. Arbor foliis alternis, pinnatis: pinnis alternis 12 ad 17, lanceolatis, longis, glabris, integerrimis, apice emarginatis, rachis membranacea utrinque alternatim sinuata ad insertiones foliorum. Non Filix.

Classis XXVII.

B A R B A R Æ.

Plantæ, quarum sola nomina innotuere ex Hermannii Museo, nec harum sicca specimina occurrebant in Herbario examinato, ideoque tantum enumerantur ut alii has inquirent.

MONANDRIA.

444. KUDAKALUWA. *Herm. zeyl. 51.*
 Galanga ignobilior. *Burm. zeyl. 102.*
 445. MAHUKALUWA. *Herm. zeyl. 51.*
 Galanga minor. *Burm. zeyl. 102.*
 Obs. *Est forte Kæmpferia 9.*
 446. KALUWAALA. *Herm. zeyl. 51.*
 Zingiber sylvestre flavum. *Burm. zeyl. 234.*

447. HARANKAHA. *Herm. zeyl. 50.*
Zedoaria zeylanica Harankaha dicta. Amm. bos. 38.
Zedoaria zeylanica camphoram redolens. Herm.
lugd. 636. prodr. 386. Raj. app. 648. Burm.
zeyl. 233.
 Obs. *Radix cinghalis sacra Panacea in morbis despe-*
ratis.
448. ALUGHAS. Alughaha. Alu. *Herm. zeyl. 46.*
 48.
Cardamomum zeylanicum sylvestre aquaticum.
Burm. zeyl. 54.
 Obs. *Habitat copiose in paludibus extra Columbo.*
Fructus sæpe quasi cinere adspersi. Semina sapiunt
cardomomum cum pauxillo piperis.
449. ALUGHAS. Grana Paradisi zeylanica. *Herm.*
zeyl. 40.
Cardamomum zeylanicum, fructu rotundo nigro in
caulium summitate. Herm. prodr. 320. Burm.
zeyl. 54.

TRIANDRIA.

450. MOTHTHU. *Herm. zeyl. 50.*
Gramen floridum luteum, capitulis squamatis majus.
Burm. zeyl. 109.
 Obs. *Species sine dubio Xyridis est.*
451. BINTANA. *Herm. zeyl. 215.*
Gramen paludosum, junci capetulis ad basin foliosis.
Burm. zeyl. 109.
452. GRAMEN CYPERINUM majus alterum.
Herm. zeyl. 58. Burm. zeyl. 108.
453. MAHAHIRI. *Herm. zeyl. 45.*

Gramen cyperinum maximum. *Burm. zeyl.* 108.

454. ÆLHIN. *Herm. zeyl.* 45.

Cyperinum gramen medium inaugurale. *Burm. zeyl.*

45.

Obs. *Cinghali ex hujus gramiris luxuria inaugurantur (inaugurale ideoque dicitur) agrorum fertilitatem; nec spes bonæ frugis illos facile fallit, si Oryza conferunt agros illos, quos gramine luxuriantes offenderunt.* Herm.

455. MANGHARUDÆLI. *Herm. zeyl.* 57.

Gramen cyperinum indicum minimum capillaceum
 ♀ barbarum. *Herm. zeyl.* 108.

456. HINKIRI. *Herm. zeyl.* 45.

Gramen cyperinum minimum. *Burm. zeyl.* 108.

457. KARABUHIRI. *Herm. zeyl.* 45.

Gramen cyperinum. *Burm. zeyl.* 108.

458. KURRAKKAN. *Herm. zeyl.* 58.

Caracan. *Knox. zeyl.* 22.

Gramen zeylanicum miliaceum. *Burm. zeyl.* 110.

Gramen dactylon orientale majus frumentaceum, semine napi. *Pluk. alm.* 174. t. 91. f. 5. *Raj. app.* 606. *Morif. hist.* 3. p. 185.

Obs. *Seritur in agris frumenti instar in usum cibarium.*

459. ITANA. *Herm. zeyl.* 45.

Gramen zeylanicum cruciatum supinum humi repens. *Burm. zeyl.* 45.

Obs. *An a Panico 43. distincta species?*

460. GRAMEN distacophoron, spica turgida cristata. *Herm. zeyl.* 25. *Burm. zeyl.* 107.

461. MUNAMU. *Herm. zeyl.* 45.

Milium zeylanicum fuscum parvum. *Burm. zeyl.* 160.
 462.

462. GÆTHANA. *Herm. zeyl.* 45.
Milium zeylanicum minimum. *Burm. zeyl.* 160.
463. BATHUMU. *Herm. zeyl.* 45.
Milium gramineum minimum. *Burm. zeyl.* 160.
464. MENERI. *Herm. zeyl.* 66.
Milium zeylanicum minus. *Burm. zeyl.* 160.
465. LAGURUS paniculæ spiculis conjugatis ovatis.
Schoenanthus f. Juncus odoratus. *Baub. hist.* 2. p. 515. *Raj. hist.* 1310. *Dal. pharm.* 283.
Juncus odoratus f. aromaticus. *Baub. pin.* II. *theatr.* 163.
Gramen ad junceum accedens aromaticum majus syriacum. *Morif. hist.* 2. p. 229.
Gramen dactylon aromaticum, multiplici panicula, spicis brevibus tomento candicantibus ex eodem pediculo binis. *Pluk. alm.* 175. t. 190. f. 1.
Gramen dactylon zeylanicum, radice tuberosa aromatica dulci odorata. *Burm. zeyl.* 107.
Kalanduru. *Herm. zeyl.* 66.
Pharm. SCHOENANTHI *Herba.*
466. SÆWÆNDARA. *Herm. zeyl.* 52.
Gramen junceum zeylanicum odoratum. *Burm. zeyl.* 109.
Obs. *Succedaneum Calami & Iridis florentinæ. Radices assumptæ urinam odoratam reddunt & promouent.* *Herm.*
467. NALAGHAS. *Herm. zeyl.* 45.
Gramen arundinaceum tibicinum zeylanicum. *Burm. zeyl.* 106.
Gramen pratense zeylanicum, paniculis hirsutis plumosis. *Herm. zeyl.* 58. *Burm. zeyl.* 111.
468. ROTANG *Arundo zeylanica spinosissima major, fructibus rotundis scabris acidis.* *Burm. zeyl.* 36.
O Arun-

Arundo nucifera Rotang dicta, fructu spadicei coloris, striis purpureis venuste tessulato. *Pluk. alm.* 53.

Arundo Rotang dicta. *Pif. mant.* 188. *Raj. hist.* 1316.

Fructus squamosus minor avellanæ magnitudine. *Baub. pin.*

Fructus cannæ de benghala. *Baub. hist.* 1. p. 402.

Peregrini fructus squamosi. *Clus. exot.* 24. f. 2.

Wæwæl. *Herm. zeyl.* 59.

Obf. *Habitat in sylvis juxta fluenta.*

Descr. *Culmus in omnem partem flexilis est & ad omnia liganda utilis; inde funes, corbes, cunæ. Longius durant in aqua salsa, quam funes.* H.

TETRANDRIA.

469. CORNUS zeylanica sylvestris altera. *Burm. zeyl.* 76. t. 31.

Korakaha. *Herm. zeyl.* 40.

Obf. *Arbuscula florens infra folia, e singula gemma plures producens pedunculos unifloros æquales. Petala 4, stamina 4 longissima; Hinc corni modo & affinitate.*

PENTANDRIA.

470. HELIOTROPIUM indicum, foliis hormini minus. *Burm. zeyl.* 121.

Heliotropium americanum cæruleum, foliis hormini angustioribus. *Herm. lugdb.* 307.

Heliotropium curassavicum, hormini foliis angustioribus. *Kigg. beaum.* 24. *Sloan. flor.* 94.

Jacua-acanga brasilianis, Fedagoso lusitanis. *Pif. bras.* 229. *Marcgr. bras.* 6.

Æt-

- Ætſaſſa*. *Herm. zeyl.* 43.
 Obſ. *Eſt ſola varietas Heliotropii* 17.
471. MANGIFERA arbor. *Bont. jav.* 95. *Burm. zeyl.* 152.
Manga indica, fructu magno reniformi. *Raj. hiſt.* 1550. *Comm. mal.* 170.
Mangas domeſtica. *Herm. prodr.* 351
Perſicæ ſimilis putamine villoſo. *Baub. pin.* 440.
Amygdalum referens fructus hirsutus. *Baub. hiſt.* 1. p. 183.
 Fructus exoticus 4, a goretto acceptus. *Cluſ. exot.* 40.
 Amba ſ. Mangas. *Baub. hiſt.* 1. p. 173.
 Mao ſ. Mau vel Manghas. *Rheed. mal.* 4. p. 1. t. 1. 2.
 Amwaghaha. *Herm. zeyl.* 59. 66.
472. AMBA. *Herm. zeyl.* 54.
Perſica indica, fructu villoſo Manghas vocato, perſicæ ſimili putamine villoſo. *Burm. zeyl.* 187.
 Obſ. *Præcedenti valde affinis, niſi eadem ſpecies.*
473. GIRITILLA zeylanica. *Pet. muſ.* 657.
Lyſimachia erecta, caule ter tripartito. *Burm. zeyl.* 176. t. 63. f. 2.
Lyſimachia indica glabra dentata anguſtifolia. *Herm. zeyl.* 57.
 Obſ. *Pentandra, monogyna, monopetala, rotata, unicapſularis, calyce quinqueſido eſt.*
474. ÆTPAMBA. *Herm. zeyl.* 60.
Jasminum millefolii folio. *Burm. zeyl.* 130.
 Obſ. *An ſpecies diverſa ab Ipomoea* 77?
475. CONVULVULUS zeylanicus, folio ſagittato. *Herm. zeyl.* 64. *Burm. zeyl.* 73.
Convolvulus malabaricus, anguſto folio, flore variegato. *Comm. mal.* 22.
Convolvulus ſagittariæ folio, flore purpureo. *Pluk. phyt.* 85. f. 3.

Tala-meli. *Rheed. mal.* 11. p. 113. t. 55.

476. CONVULVULUS folio piloso. *Herm. zeyl.* 26.
Bomi zeylonensibus. *Burm. zeyl.* 73.
477. CONVULVULUS lactescens. *Burm. zeyl.* 71.
Kirimandi. *Herm. zeyl.* 45.
478. CONVULVULUS zeylanicus gracilis tenuifolius. *Burm. zeyl.* 39.
Apas, Apathuætha. *Herm. zeyl.* 39.
479. CONVULVULUS indicus, cantabricæ folio latiori, floribus albis. *Burm. zeyl.* 72.
Apahu. *Herm. zeyl.* 43.
480. CONVULVULI latifolii species. *Burm. zeyl.* 72.
Palipalæ. *Herm. zeyl.* 44. 60.
481. CONVULVULUS zeyl. maximus, sem. hirsuto. *Herm. zeyl.* 52.
482. CONVULVULUS zeyl. maximus, sem. hirsuto alato. *ibid.*
483. CONVULVULUS zeyl. major, sem. hirsuto. *ibid.* 53.
484. CONVULVULUS zeyl. major, sem. glabro. *ibid.* 52.
485. CONVULVULUS zeyl. minimus, sem. hirsuto. *ibid.*
486. CONVULVULUS zeyl. medius hirsutissimus. *ibid.* 53.
487. CONVULVULUS zeyl. medius, sem. hirsuto. *ibid.* 72.
Ghiritilla. *ibid.* 52. 53.

488. SOLANUM indicum spinosum, flore borraginis, fructu croceo rotundo persicæ magnitudine, Pomum de hierico dictum. *Burm. zeyl.* 219.
 Solanum pomiferum indicum spinosum, borraginis flore, flore croceo. *Herm. lugdb.* 573.
 Elabathu. *Herm. zeyl.* 43.
489. TAKKADA. *Herm. zeyl.* 45.
 Takkada frutex zeylanensium. *Pluk. alm.* 361.
 Prunifera indica fructu umbilicato sulcato grossulariæ simili. *Raj. hist.* 1481.
 Arbor exitiosa marina latefcens indica Takkada vocata, fructu cerasi magnitudine incarnato striato. *Burm. zeyl.* 29.
 Bella modegam. *Rheed. mal.* 4. p. 121. t. 59. *Herm. lugdb.* 652.
 Obs. Flores pentandri, monogyni. Fructus Drupa coronata perianthio. H. M.
490. ASCLEPIAS zeylanica, vincetoxici radice præstantiore. *Burm. zeyl.* 36.
 Apocynum zeylanicum scandens, radice asclepiadis. *Herm. par.* 55. descr. *Raj. app.* 539.
 Apocynum zeylanicum scandens, foliis laurinis. *Herm. prodr.* 413.
 Manughawæl. *Herm. zeyl.* 52.
 Obs. Habitat locis incultis aridis. Radices in tussi stomachali egregiæ. H.
491. ASCLEPIAS hirsuta, scammonii folio. *Burm. zeyl.* 36.
 Apocynum scandens zeylanicum, scammonii folio, hirsutum. *Herm. parad.* 56. descr. *Raj. app.* 539.
 Walanghuna. *Herm. zeyl.* 53.
 Obs. Hæc & antecedens videntur *Cynanches* species.
492. APOCYNUM indicum repens, folio ad basin auriculato. *Burm. zeyl.* 24.
 Wælhappu. Kirianghura. *Herm. zeyl.* 44.

DECANDRIA.

493. TORA. Torakola. *Herm. zeyl.* 42.
Galega indica minor hexaphylla. Burm. zeyl. 103.
 Obs. *An hæc eadem cum Cassia* 152?
494. MURUNGHAS. *Herm. zeyl.* 63.
Moringa zeylanica, pinnis rarioribus, flore minore.
Burm. zeyl. 164.
 Obs. *An varietas Guilandinæ.* 155?
495. WAWULÆTHYA. *Herm. zeyl.* 40.
 Crista pavonis monospermos secunda, f. Arbor vesper-
 tionis indica, lentisci folio, spinosissima, flore
 racemoso luteo parvo odorato, filiqua & semine
 glabro. *Breyh. prodr.* 2 p. 39.
 Acacia gloriosa, coluteæ folio, chinensis, rachi me-
 dio tam ad genicula quam ad internodia spinis
 curtis duplicatis deorsum inflexis munito. *Pluk.*
alm. 5. *Burm. zeyl.* 4.
 Arbor filiquosa indica spinosa, flore papilionaceo de-
 capetalo, filiquis latis monospermis. *Raj. app.*
 1745.
 Waga maderasp. spinosa, mimosæ foliis, floribus par-
 vis spicatis. *Pet. mus.* 700.
 Caca-mullu. *Rheed. mal.* 6. p. 143. t. 19.
 Obs. *Arbor est sarmentosa aculeata ad sepes struendas*
idonea. *Herm.*
496. KALUWATHUA. *Herm. zeyl.* 53.
 Acacia zeylanica minor tinctoria, flosculis luteis ra-
 cematim dispositis, filiquis auriculatis ventricosis
 nigris, ossiculis globosis durissimis. *Burm. zeyl.* 4.
 Obs. *An Adenantheræ species?*
497. WALKOHOMBA. *Herm. zeyl.* 55.
 Arbor fraxini folio, flore albo. *Burm. zeyl.* 30.
 Obs. *An Melicæ species?*

498. DYANILLA. *Herm. zeyl.* 66.

Lyfimachia indica aquatica glabra, flore flavo, siliqua angulosa stellata. Burm. zeyl. 146.

Obi. *Est forte species Jussiae.*

499. OXALIS indica.

Oxyx, flore luteo, vulgaris minor zeylanica. Breyn. prodr. 2. p. 80. *Burm. zeyl.* 179.

Trifolium filiquosum rotundifolium glabrum, floribus luteis e maderaspatan. Pluk. alm. 374. t. 231. f. 4.

Æbullæbilya. Herm. zeyl. 60.

ICOSANDRIA.

500. DANGHEDDI. *Herm. zeyl.* 65.

Cerasus zeylanica sylvestris, fructu nigro Mortinghos dicto, minor. Burm. zeyl. 65.

β *Mahamadan. Herm. zeyl.* 65.

Cerasus zeylanica sylvestris, fructu nigro Mortinghos dicto, major. Burm. zeyl. 65.

Obi. *Est species Myrti & forte sola varietas speciei* 182.

501. MAHARATOMBOLA. *Herm. zeyl.* 68.

Jambos sylvestris & montana, fructu cerasi magnitudine. Burm. zeyl. 125.

Jambos sylvestris montana. Raj. bist. 1480. *Comm. mal.* 140.

Malla-Katou-Tsjambou. Rheed. mal. 4. p. 17. t. 8.

Obi. *Est species Eugeniæ.*

502. GABBU. *Herm. zeyl.* 48.

Gambu moluccanum odore rosco. Burm. zeyl. 103.

Jambos fructu luteo mespili forma odorato. Burm. zeyl. 125.

Obi. *Est species Eugeniæ. Eugenias vero esse arbo-*

res ex Europa in Zeyloniam translatas credunt
Gingbali, H.

POLYANDRIA.

503. TALUGHAHA Daluk. *Herm. zeyl.* 56. 67.
Efula indica. *Bont. jav.* 56. *Burm. zeyl.* 94.
Cereus scandens arboreus trigonus, spinis inermibus.
Burm. zeyl. 58.
Obs. Cum sit *Tithymalus arboreus trigonus spinosus*, teste *Hermanno*, dubito utrum specie distinguenda sit ab *Euphorbia* 199.
504. KIRIWÆNNA. *Herm. zeyl.* 47.
Tithymalus erectus floribus rarioribus, foliis oblongis glabris integris. *Burm. zeyl.* 224. t. 105. f. 3.
505. MIMOSA inermis, foliis duplicato pinnatis, spinis cernuis, floribus decandris: inferioribus castratis apetalis.
Mimosa inermis, foliis duplicato pinnatis, siliquis linearibus glabris. *Hort. cliff.* 209.
Mimosa americana pigra, siliquis longis angustis alium olentibus. *Pluk. alm.* 252. t. 307. f. 3.
Mimosa italica f. Herba viva spuria. *Ambros. phyt.* 1. p. 360.
Mimosa non spinosa leptomacroceratos f. spuria de pernambuca. *Moris. hist.* 2. p. 200. *Sloan. flor.* 153. *hist.* 2. p. 58.
Mimosa spuria de parnambuque, dicta Mimosa italica. *Zan. hist.* 131.
Æschynomene mitis americana, foliis acaciæ angustioribus, siliquis longis angustis, semine quadrangulari. *Breyn. cent.* 1. p. 48. *Raj. hist.* 981. *Comm. mal.* 4.

Securidaca peregrina planta sensibilis pigra. *Morif. præl. 307a*

β Mimosa orientalis non spinosa, rarioribus ramis, floribus spicatis. *Pluk. alm. 252. t. 307. f. 4.*

Mimosa herba zeylonica, filiquis angustis glabris, media. *Herm. zeyl. 66. Burm. zeyl. 160.*

Niti-Todda-vaddi. *Rheed. mal. 9. p. 35. t. 20.*

Obs. *Singulares flores in planta sunt. Scilicet in singula spica plures Flores decandri, horum duo inferiores masculi apetalii, antheris destituti. Reliqui flores pentapetalii, albicantes, filamentis longissimis anthera instructis. Folia tacta tarde & vix se movent.*

506. ACACIA malabarica, flosculis spicatis, filiquis compressis latissimis. *Herm. zeyl. 59. Burm. zeyl. 5.*

Acacia malabarica altera spinis carens. *Comm. mal. 2.*

Arbor indica filiquosa, flore tetrapetalo stellato, filiquis bipalmaribus planis. *Raj. hist. 1766.*

Waga maderaspatana, sennæ foliis, filiqua lata compressa ubi seminibus inflata. *Pet. mus. 697.*

Waga. *Rheed. mal. 6. p. 9. t. 5.*

507. ACACIA malabarica, filiquis & seminibus compressis semilunatis. *Herm. zeyl. 58. Burm. zeyl. 5.*

508. ANONA indica, pomo viridi. *Herm. prodr. 312. Comm. mal. 17.*

Anona fructu virescente. *Burm. zeyl. 21.*

Anona indica, fructu conoide viridi, squamis veluti aculeato. *Pluk. alm. 32. t. 135. f. 2.*

Pomifera indica, fructu conoide squamoso. *Raj. hist. 1650.*

Attamaram. Mamiljaca. *Rheed. mal. 3. p. 21.*

Anon. *Herm. zeyl. 62.*

509. ANONA fructu rubicundissimo. *Herm. zeyl. 68. Burm. zeyl. 21.*

?Guanabanus fructu purpureo. *Plum.gen.* 43.

DIDYNAMIA.

510. OCYMUM foliis ovatis glabris. *Hort. cliff.* 315.
 Ocymum caryophyllum majus. *Baub. pin.* 226.
 Ocymum maximum caryophyllatum & citratum.
Lob. bist. 268.
 Ocymum indicum odoratissimum. *Burm. zeyl.* 175.
 Magiriquam. *Clus. exot.* 239.
 Tala-kola. *Herm. zeyl.* 61.
511. OCYMUM foliis ovatis incanis. *Hort. cliff.*
 315.
 Ocymum minimum. *Baub. pin.* 226.
 β Ocymum vulgatus. *Baub. pin.* 226.
 Rathatala. *Herm. zeyl.* 41.
512. OCYMUM pratense indicum odore calaminthæ,
Herm. zeyl. 51.
 Obs. Forte Ocymum sit 229?
513. OCYMUM zeylanicum karnitholefschi malabarorum.
Burm. zeyl. 175.
 Kollan-kola. *Herm. zeyl.* 52.
514. MENTHA zeylanica cōnoizoides odorata, *Herm.*
zeyl. 51. *Burm. zeyl.* 158.
515. KAPORAWALLI. *Herm. zeyl.* 62.
 Mentha indica repens hortensis crassa acris, odore &
 sapore fragrantissimo. *Burm. zeyl.* 158.
516. GHÆTHATUMBU. *Herm. zeyl.* 65.
 Leucas foliis rotundis ferratis, flore albo. *Burm.*
zeyl. 140. t. 63. f. 1.
517. LYSIMACHIA zeylanica pratensis, flore gale-
 ricu-

riculato incarnato, radice crocea. *Herm. zeyl.* 65.

518. WELAKOLA. *Herm. zeyl.* 47. 51.

Hyssopus palustris repens, foliis crenatis, odore thymi. *Burm. zeyl.* 123.

Obs. *Inter plantas pictas habetur, cujus caulis inferne Hippurin refert. Folia Gratiolæ supra aquam.*

MONADELPHIA.

519. SIDA foliis subrotundis cordatis acuminatis. *Hort. cliff.* 346.

Abutilon. *Dod. pempt.* 656.

Abutilon avicennæ. *Burm. zeyl.* 1.

Althæa theophrasti, flore luteo. *Baub. pin.* 316.

Morif. hist. 2. p. 531. f. 5. t. 19. f. 3.

Alcea indica *Abutilon dicta* major, pericarpio membranaceo orbiculari compresso vertice corniculis extus carinato. *Pluk. alm.* 17.

Anoda. *Herm. zeyl.* 1.

520. ABUTILON indicum, flore luteo minore. *Breyn. prodr.* 2. p. 1. *Burm. zeyl.* 1.

Althæa *Abutilon dicta* indica, flore luteo minore. *Herm. prodr.* 309.

Alcea adfinis indica *Abutilon dicta,* flore flavo, foliis mollibus profunde venosis, siliculis lanuginosis. *Pluk. phyt.* 126. f. 5.

Anoda flore minore. *Herm. zeyl.* 52.

521. ABUTILON indicum, foliis profunde crenatis. *Burm. zeyl.* 2.

Althæa *Abutilon dicta,* folio lobato. *Herm. prodr.* 309.

Alcea

Alcea Abutilon dicta, foliis lobatis, minima indiæ orientalis. *Pluk. alm.* 17.

Anoda foliis profunde crenatis. *Herm. zeyl.* 52.

Obf. *An hæ tres solæ varietates?*

522. ALCEA indica, bellidis spinoso folio, flosculis parvis. *Burm. zeyl.* 10.

Kolthihambæwila. Kothihambæwila. *Herm. zeyl.*

44.

Obf. *Forte Sidæ generis.*

523. ALCEA indica, flosculis luteis parvis, triangulo folio. *Burm. zeyl.* 10.

Kæjarabæwila. *Herm. zeyl.* 54.

524. ALTHÆA zeylanica aquatica. *Burm. zeyl.* 14.
Dyæpala. *Herm. zeyl.* 65.

Althæa zeylanica incana, flore luteo parvo abutili, foliis ibifci f. Althæa indica minor, seminibus furcatis. *Burm. zeyl.* 14.

Kæfurubæwila. *Herm. zeyl.* 44.

Obf. *Est Sidæ species.*

525. ALTHÆA, zeylanica minor, seminibus furcatis altera. *Herm. zeyl.* 59. *Burm. zeyl.* 15.

Obf. *Est Sidæ species.*

526. SINIHIDDA, Schinella & Schinidda. *Herm. zeyl.* 43.

Alcææ species singularis. *Burm. zeyl.* 9.

527. GHALKURU f. Mahaghalkura. *Herm. zeyl.* 42.

Melochia indica major, flosculis luteis parvis fasciculatis. *Burm. zeyl.* 156.

Obf. *Forte Sidæ species est.*

528. KAPUÆPALA. *Herm. zeyl.* 59. 66.

Ketmia indica, flore amplo flavo pendulo, unguibus holo-

holosericeis, pericarpis quinquangulis. *Burm. zeyl.*
134.

Obs. *Non spinosa, fructu lappaceo; ideoque forte Urenæ species.*

529. BATHÆNDA. *Herm. zeyl.* 68.

Arbor folis indica, foliis orbiculatis. *Burm. zeyl.*
31.

Obs. *Folia cinghalensibus inserviunt pro orbe s. cochleari, ex quo oryzam coctam comedunt. H. an Hibisci species?*

530. BELIPATHÆGHAS. *Herm. zeyl.* 40.

Ketmia arborea, orbiculatis foliis, floribus ephemeris, fructu pentagono. *Burm. zeyl.* 134.

531. TELÆPALA. *Herm. zeyl.* 134.

Ketmia indica, flore amplo flavo pendulo, fructu pentagono alato. *Burm. zeyl.* 134.

532. KETMIA indica, folio angustiore acuto, flore amplo flavo pendulo: unguibus holosericeis. *Burm. zeyl.* 135.

Alcea indica non spinosa, folio angustiore & magis mucronato, flore amplo flavo pendulo: unguibus holosericeis. *Herm. zeyl.* 63.

β Eadem folio latiori, flore &c. nitente. *Herm. zeyl.* 63.

533. MURTUGHAS. *Herm. zeyl.* 61.

Ketmia indica, foliis laurinis, flore violaceo spicato. *Burm. zeyl.* 137.

Althæa arborea indica, flore violaceo purpureo spicato. *Burm. zeyl.* 307.

Althæa arborescens indica, flore purpureo spicato. *Amm. bos. 1. char.* 247.

Alcea indica arborea, pericarpio carnosio in plura loculamenta partito. *Raj. hist.* 1902.

Alcea

Alcea indica arborefcens, lauri folio, prima, f. *Alcea indica* arborefcens, foliis laurinis fubafperis, polyanthos minor, flore purpureo hexapetalo petalis rotundioribus & latioribus, fructu minore caudato.

Breyn. prodr. 2. p. 11.

Adamboc. *Rheed, mal.* 4 p. 45. t. 20. 21.

DIADELPHIA.

534. *DOLICHOS* caule erecto flexuoso, racemis axillaribus erectis, leguminibus pendulis hispidis fubdifpermis.

Phaseolus erectus, filiquis lupini, fructu pisi majoris candido. *Kämpf. amoen.* 837. t. 838.

Soja officinarum. *Dal. pharm.* 238.

Obf. *Habitat in zeylona culta.*

535. *PHASEOLUS* indicus, lobis bullatis, dorfo trifido alato. *Burm zeyl.* 189.

Avara palu. *Herm. zeyl.* 49. 53.

536. *PHASEOLUS* indicus, lobis utraque extremitate fimbriatis. *Burm. zeyl.* 191.

Iriwya. *Herm. zeyl.* 63.

537. *PHASEOLUS* zeylanicus, lobis longis angustissimis. *Burm. zeyl.* 190.

Phaseolus fylvaticus, lobis angustis longissimis. *Herm. zeyl.* 43. *Burm zeyl.* 189.

Mæmang. *Herm. zeyl.* 67.

538. *PHASEOLUS* zeylanicus tenellus, filiquis angustis. *Burm. zeyl.* 189.

Wallimæ. *Herm. zeyl.* 44.

539. *PHASEOLUS* zeylanicus, lobis undique pilosis, fructu lucido nigro. *Burm. zeyl.* 191.

- Phaseolus orientalis pruritus excitans hirsutie filiquarum, fructu nigro splendente. *Pluk. alm.* 292.
- Phaseolus utriusque indiae, lobis villosis pungentibus, minor. *Herm. prodr.* 364. *Sloan. flor.* 69.
- Phaseolus zurattensis, filiqua hirsuta Couhage dicta. *Raj. bist.* 887. *app.* 444.
- Nai Corina. *Rheed. mal.* 8. p. 61.
- Afaryapala. *Herm. zeyl.* 67.
- Phaseolus zeylanicus, lobis villosis pruritus excitantibus. *Burm. zeyl.* 191.
- Manghulkarandu. *Herm. zeyl.* 60.
540. PHASEOLUS indicus herbaceus, lobis villosis pungentibus, minor. *Burm. zeyl.* 191.
- Wandurumæ. *Herm. zeyl.* 69.
541. PHASEOLUS zeylanicus marinus, folio pingui & crasso. *Herm. zeyl.* 43. *Burm. zeyl.* 189.
- Phaseolus zeylanicus marinus. *Herm. zeyl.* 44.
- Phaseolus indicus maritimus perennis, foliis crassis subrotundis, minor. *Herm. prodr.* 364. *Comm. mal.* 210.
- Phaseolus trifolius indicus, filiqua grandi recurva, fabis crassis ovalibus noxiis. *Raj. app.* 446.
- Caçu-Bora. *Rheed. mal.* 8. p. 87. t. 45.
- Mundumæ. *Herm. zeyl.* 54.
542. PHASEOLUS marinus, floribus flavis, folio molli albo eduli. *Burm. zeyl.* 190.
- Æthakola. *Herm. zeyl.* 27. 68.
543. PHASEOLUS zeylanicus sylvestris maximus. *Burm. zeyl.* 44.
- Mahauwarupalu. *Herm. zeyl.* 44.
544. PHASEOLUS indicus hortensis, aureo fructu spadiceo hilo oblongo albo prominente. *Burm. zeyl.* 191.

- Phaseolus ægyptiacus, nigro semine. *Baub. pin.* 341.
 Phaseolus peregrinus Lablab. *Clus. hist.* 2. p. 227.
 Phaseolus niger Lablab vocatus. *Alp. ægypt.* 31.
 Hindamini. *Herm. zeyl.* 60.
545. PHASEOLUS zeylanicus. *Burm. zeyl.* 59.
 Nekaral. *Herm. zeyl.* 59.
546. PHASEOLUS indicus, fructu ex albo & nigro variegato. *Herm. zeyl.* 59. *Burm. zeyl.* 191.
547. GENISTELLA zeylanica spinosa. *Herm. zeyl.* 58. *Burm. zeyl.* 104.
548. HEDYSARUM indicum magnum laciniatum, pastinacæ odore. *Herm. zeyl.* 58. *Burm. zeyl.* 120.
549. HEDYSARUM trifoliatum, filiquis angustissimis oblongis. *Herm. zeyl.* 56.
550. WALUNDUWÆL. *Herm. zeyl.* 48.
 Hedyfarum trifoliatum repens incanum, salviæ foliis, filiqua parva articulata. *Burm. zeyl.* 117.
551. HINDYAHYABALA. *Herm. zeyl.* 40.
 Hedyfarum annuum minus zeylanicum, mimosæ foliis. *Tournef. inst.* 56. *Burm. zeyl.* 120.
 Onobrychis annua zeylanica minor, filiquis articulatis asperis. *Herm. lugdb.* 458.
552. TRIFOLIUM erectum, caule teretiusculo, pedunculis compressoangulatis, pericarpiis racemosis rotundis rugosis nudiusculis monospermis.
 Melilotus indiæ orientalis erecta, folliculis rotundis parvis, spica florum ex foliorum alis multiplici.
Pluk. alm. 246. t. 45. f. 4. *Comm. mal.* 174.
 Melilotus indica hortensis fativa, floribus odoratis albis. *Herm. zeyl.* 64. *Burm. zeyl.* 157.
 Melilotus indiæ orientalis. *Raj. hist.* 953.
 Swendadi-pulla. *Rheed. mal.* 9. p. 75. t. 40.

Descr. *Planta in horto Botanico luxurians. Facies Meliloti officinarum, sed valde tenera, bipedalis tantum, erecta. Rami ex alis breviores. Stipulæ integre acuminatæ. Folia obverse subcordata oblonga, denticulatâ, ternata. Flores albi aut lutei, sed adeo parvi, ut vix partes oculis distinguantur. Spica fructifera longa. Pericarpia subrotunda, rugosa, basi tantum calyce cincta, nutantia.*

553. TRIFOLIUM procumbens zeylanicum hirsutum, loti facie. *Burm. zeyl. 226. t. 106. f. 2.*

Trifolium vesicarium repens, phascoli foliis hirsutis. Herm. zeyl. 42.

554. ASTRAGALUS zeylanicus Asparagum olens. *Burm. zeyl. 39.*

Hampilla. Herm. zeyl. 68.

555. BADHAMU. *Herm. zeyl. 55.*

Obs. Leguminis species, cujus fructus decocti & cum Oryza comesti ebrietatem pariunt.

SYNGENESIA.

556. CONYZA indica villosa mollis odorata acris, flore purpureo papposo. *Burm. zeyl. 74.*

Dadhakahâl. Herm. zeyl. 41.

GYNANDRIA.

557. NARIALA. *Herm. zeyl. 63.*

Orchis zeylanica, facie gladioli, bulbo pyramidali compresso viridi succoso. Burm. zeyl. 177.

Blitum perficum maximum, paniculis mollibus pendulis sericcis. *Herm. zeyl.* 64.

564. XANTHIUM caule inermi. *Hort. cliff.* 443.

Xanthium f. Lappa. *Burm zeyl.* 233.

Sooni. *Kämpf. zeyl.* 892.

Urukoffa. *Herm. zeyl.* 59.

565. RICINOIDES arbor aromatica circææ foliis, minima. *Burm. zeyl.* 202.

Hinkæppethya. *Herm. zeyl.* 40. 46.

Obf. *Fundit & hæc acris arbor Laccam.* *Herm. hinc affinis Crotonis.*

566. RICINUS vulgaris major. *Raj. hist.* 1710.

Ricinus americanus. *Burm. zeyl.* 206.

Ricinus americanus, fructu racemoso hispido. *Jonst. dendr.* 217. *Sloan. flor.* 38.

Ricinus africanus maximus, caule geniculato rutillante. *Hort. paris.* 146.

Nambu guacu. *Marcgr. bras.* 77. *Pis. bras.* 91. 180.

Pandi-avanacu. *Rheed. mal.* 2. p. 60. t. 32.

Hæranda. *Herm. zeyl.* 53.

Obf. *Est varietas Ricini vulgaris* 339.

567. BRYONIA zeylanica, foliis in profundas lacinas divisis, fructu majore. *Tournef. inst.* 102.

Bryonia zeylanica foetida, flore luteo majore, fructu rubro oblongo. *Burm. zeyl.* 50.

Balsamina scandens f. Momordica indica foetida Bryonoides, fructu lævi majore rubro. *Herm. parad.* 103. t. 107.

Kopalam. *Herm. zeyl.* 69.

Obf. *Est valde affinis speciei* 355.

568. KATUKARAWILA. *Herm. zeyl.* 44.

Momordica indica amara, fructu tuberoso rubente pyriformi, folio vitis. *ibid.*

569. TUBAKIWILA. *Herm. zeyl. 67.*
 Momordica fructu rubente pyriformi, *Burm. zeyl.*
 162.
570. DAMELLA. *Herm. zeyl. 52.*
 Momordica Damella zeylonensibus. *Burm. zeyl.*
 162.
571. KEKIRYA. *Herm. zeyl. 69.*
 Melo forte f. Pepo zeylanicus. *Burm. zeyl. 69.*

CRYPTOGAMIA.

572. FILIX zeylanica, foliis auriculatis brevibus obtusis. *Herm. zeyl. 33. Burm. zeyl. 98.*
573. FILIX zeylanica scandens, foliis crassis & angustis. *Herm. zeyl. 39. Burm. zeyl. 100.*

ANNIHILATÆ

Sunt plantarum zeylanensium nomina, quæ sibi prætereaque nihil.

574. ARBOR malabarica, flosculis jasmini odore & forma, Foglio Burdos vocatis. *Herm. zeyl. 55.*
575. ARBOR ex malabara, fructu caryophylli, folio inodoro. *Herm. zeyl. 30.*
576. ARBOR zeylanica, fructibus niveis dulcibus ovis formicarum similibus. *Herm. zeyl. 64.*
577. ARBUSCULA zeylanica, flosculis niveis ovalibus. *Herm. zeyl. 58.*

578. FRÛTEX spinofus baccas fanguineas oblongas proferens. *Herm. zeyl.* 56.
579. FRUTEX zeylanicus spinofus farmentosus, fructibus rubicundis carnofis rotundis. *ibid.* 59.
580. ALSINE zeylanica buxifolia. *ibid.* 67. *Burm. zeyl.* 13.
581. CUSCUTA zeylanica, flosculis incarnatis. *ibid.* 42. *Burm. zeyl.* 84.
582. CUSCUTA indica, floribus albis ftellatis. *ibid.* 67. *Burm. zeyl.* 84.
583. ERYSIMUM zeylanicum, filiqua recta hexagona nigricante alata. *Herm. zeyl.* 59.
584. GALLIUM zeylanicum minimum odoratum. *ibid.* 51.
585. JASMINUM indicum, flore cæruleo Syringæ, *ibid.* 64. *Burm. zeyl.* 130.
 Nochile. *Malabaris.*
 Lagondi. *Malaicis.*
586. JASMINUM indicum fylvestre bacoiferum inodorum. *Burm. zeyl.* 128.
Æthakirindi. Herm. zeyl. 60.
587. LYSIMACHIA zeylanica, caule quinquangulo, floribus incarnatis. *Herm. zeyl.* 65.
588. MYRISTICA fructu inodoro.
 Nux Myristica oblonga malabarica. *Herm. zeyl.* 59.
Burm. zeyl. 172.
 Nux Myristica major spuria malabarica. *Raj. hist.* 1524. *Comm. mal.* 190.
 Nux indica oblonga intrinsecus fimilis nucis mofchata. *Baub. hist.* 1. p. 399.
 Panam palka. *Rheed. mal.* 4. p. 9. t. 5.

589. IRYA Iryaghas. *Herm. zeyl.* 49.
 Nux zeylanica moschatæ rotundæ similis inodora
 minor. *Burm. zeyl.* 172.
 Nux zeylanica - - - oblonga. *Herm. zeyl.* 172.
590. IRYAGHEDI. *ibid.* 58.
 Nux moschatæ spuria sylvestris, caryophylli arbo-
 ris foliis oppositis. *Burm. zeyl.* 173. t. 79.
591. MODECCA fructu majore, flore ex albo fla-
 vescente. *Herm. prodr.* 354.
 Modecca. *Rheed. mal.* 8. p. 39. t. 20.
 Flos passionis spurius, quinquefido folio, primus f.
 spinosus, fructu rotundo. *Breyn. prodr.* 2. p. 48.
 Convolvulus indicus maximus capreolatus tubero-
 sus, foliis profunde incisif. tripartitis. *Herm. zeyl.*
 63. *Burm. zeyl.* 72.
592. MYROBALANUS zeylanica ex qua Gummi
 Elemi. *Burm. zeyl.* 48.
 Arbor brasiliensis Gummi Elemi fundens. *Dal.*
pharm. 337. an?
 Kækuria. *Herm. zeyl.* 48.
593. SEDUM zeylanicum spicatum luteum majus.
Herm. zeyl. 43. *Burm. zeyl.* 211.
 Sedum zeylanicum, flore luteo. *Herm. zeyl.* 63.
 Sedum spicatum maximum indicum. *ibid.* 58.
594. SISYRINCHIUM zeylanicum, flore pallide
 cæruleo, foliis gramineis carinatis longis. *Raj.*
app. 558.
 Sisyrrinchium zeylanicum, flore cæruleo parvo gra-
 mineis foliis. *Herm. prodr.* 376. *Burm. zeyl.* 217.
 Sisyrrinchii species. *Herm. zeyl.* 27.
595. TEREBINTHOIDIS.
 Nux zeylanica, juglandis folio. *Comm. hort.* 1. p.
 117. t. 61. *Burm. zeyl.* 170.

Arbor nucifera, fructu oblongo rotundo submembranaceo ligneo putamine unicum nucleum oleosum & odoratum includente. *Amm. char.* 371.

Æmbarælla. (Dombagedy). *Herm.zeyl.* 50.

Obs. *Arbor fructus profert similes Manghas, quos Cinghali muria condunt, sicut Europæi Cucumeres.*

596. THLASPI alfinoides indicum trifoliatum. *Herm.zeyl.* 57.

597. ALLAKERALYA. *ibid.* 67.

Obs. *Alla denotat radices majores edules.*

598. ALUPADHAWÆL. *Herm.zeyl.* 50, 60. *Burm.zeyl.* 15.

Obs. *Frutex totus, ut & fructus, cinerei est coloris.*

599. EHÆLA. *Herm.zeyl.* 48.

Arbor indica, angyridis effigie, antifebrilis. *Burm.zeyl.* 30.

600. BADULAM Tfahinagapalam. *Herm.zeyl.* 43.

Tinus humilis zeylanica, foliis crassis venosis. *Burm.zeyl.* 222 t. 103.

601 BANGHALA. *Herm.zeyl.* 51. *Burm.zeyl.* 44.

Obs. *Radix transfertur ex Malacca in Zeylonam, Herm.*

602. BANWÆL. *Herm.zeyl.* 47.

Frutex sarmentosus, ligno croceo levi, longe lateque spargens. *Burm.zeyl.* 102.

Obs. *Repit sæpe ultra 2000. aut 3000 passuum in circumferentia. Funiculi conficiuntur ex tenerioribus hujus sarmentis ad alligandum boves. H.*

603. CONGHAS. *Herm.zeyl.* 69.

Saponaria arbor zeylanica trifolia, semine lupini. *Herm.mus.* 69. *prodr.* 373. *Burm.zeyl.* 209.

Saponaria arbor trifolia zeylanica. *Kigg. beaum.*

37.

Saponaria arbor trifolia indica. *Herm. lugdb. 536.*

604 DANGHA. *Herm. zeyl. 50.*

Arbor Dangha dicta. *Burm. zeyl. 30.*

Obf. *Fructus tenelli comeduntur loco Beteles. H.*

605. DAWATHA. *Herm. zeyl. 70.*

606. DEHIGHAHA. *ibid. 40.*

Limones pusilli zeylanici sylvestres. *Burm. zeyl.*

143. t. 65. f. 1.

607. DODHAMPANA. *Herm. zeyl. 67.*

Obf. *Pana Pestem significat.*

608. DYABÆRALYA. *ibid. 56. 55.*

Ornithogalum zeylanicum macrorizon. *Burm. zeyl.*

177.

609. DYAPARADHÆL. *Herm. zeyl. 68.*

Stratiotes dyaparadhæl dicta. *Burm. zeyl. 222.*

610. DYALABU. *Herm. zeyl. 70.*

611. GHANDAPANA. *Herm. zeyl. 60. Burm. zeyl.*

105.

Obf. *Est Species Panagbas foliis fœtidis.*

612. GHODHAPARA. *Herm. zeyl. 49.*

Arbor zeylanica fructu acido. *Burm. zeyl. 49.*

Obf. *Succo Saponis loco utuntur cinghali. Herm.*

613. GHODHAMELUM. *Herm. zeyl. 16. Burm.*

zeyl 105.

Orletambari. *Malabaris.*

Obf. *Flos antirrhini. Planta refrigerans, anti-isth-
rica cum lacte vaccino data. Deest in Herbario
Hermanni planta.*

614. GHOHAPARAGHAHA. *Herm. zeyl.* 70. *Burm. zeyl.* 105.

Obs. *Habitat solo duro.*

615. GHONAPITAN. *Herm. zeyl.* 68. *Burm. zeyl.* 105.

Obs. *Folia quadammodo Cervi dorsum representant.*

616. GURULLA. *Herm. zeyl.* 40.

Sambucus zeylanica inodora frugiperda. Burm. zeyl. 209.

617. HINKINDAMAL. *Herm. zeyl.* 64.

Arbor Hinkindamal dicta. Burm. zeyl. 31.

Obs. *Arborem emori dicunt, si homines villioris fortis flores ejus decerpant. H.*

618. HINGHEDA. *Herm. zeyl.* 62.

Portulaca marina aizoides. Burm. zeyl. 197.

619. HINPUS. *Herm. zeyl.* 139.

Lens phaseoloides bifolia, fructu orbiculato fusco: lobis minoribus. Burm. zeyl.

Phaseolus indicus alatus, fructu fusco orbiculato maximo; lobis minoribus. Herm. prodr. 365.

Phaseolus novi orbis f. Faba purgatrix latissima cordis figura. Baub. hist. 1. p. 438.

Phaseolus utriusque indiae arboreus minor, alatis foliis. Pluk. alm. 295. t. 211. f. 6.

Faba purgatrix latissima ex insula S. Thomæ. Baub. pin. 404.

Obs. *Vide affinem No. 644.*

620. HONDAPARA. *Herm. zeyl.* 70.

621. JACBERIKOLE. *Herm. zeyl.* 60.

Panckilipkippe. Malabaris.

622. IRAMUSU. *Herm. zeyl.* 51.

Radix amoris lusitanis. Burm. zeyl. 198.

234 BARBARÆ. ANNIHILATÆ.

Obf. *Radix odore & sapore caryophyllatæ, repens.*
Planta graminosa. Caulis repens volubilis.

624. ITTAWÆL. *Herm. zeyl. 50.*

Arbor zeylanica Itta dicta, resinam Terebinthinæ
 similem fundens. *Burm. zeyl. 28.*

623. KAGILAWÆL. *Herm. zeyl. 69.*

625. KARAPINDSCHA. *Herm. zeyl. 50. 61.*

Arbor zeylanica sylvestris, odore rorismarini. *Burm.*
zeyl. 28.

626. KATUPILA. *Herm. zeyl. 39.*

Fructus zeylanicus spinosus. *Burm. zeyl. 102.*

627. KABALLÆJADUA. *Herm. zeyl. 48. Burm.*
zeyl. 132.

Obf. *Lingua diaboli zeylanice dicitur, quia folia re-*
ferunt linguam Lacerti peregrini squamosi; Lusti-
tanis Animal verecundum vocati s. Myrmecopha-
gæ. Syst. nat. 63.

628. KATILIPPU. *Herm. zeyl. 39.*

Arbor procera cujus fructus edules ab incolis Kati-
 lippu vocantur. *Burm. zeyl. 29.*

629. KABELLA. *Herm. zeyl. 70. Burm. zeyl. 133.*

630. KÆKURIAGHAHA. *Herm. zeyl. 52.*

Arbor kækuriaghaha odorata ex qua fluit gummi
 Elemi. *Burm. zeyl. 28.*

Obf. *Arbor procera odorata, ex qua fluit gummi*
Elemi. Herm.

631. KEEMBYA. *Herm. zeyl. 69.*

Arbusecula zeylanica tricapsularis & tricoccus.
Burm. zeyl. 32.

Obs. *An Paullinia* 143?

632. KODALIMURISCHA. *Herm. zeyl.* 39.

Arbor Kodalimurischa dicta. *Burm. zeyl.* 29.

Obs. *Arboris materies tanta est duritię ut vin fer-
rum admittat.*

633. KOHOMBA. Kathukaranda. Katukarada.
Herm. zeyl. 25.

Jasminum indicum spinosum bacciferum lactescens
umbellatum. *Burm. zeyl.* 127.

Lycium malabaricum, subrotundis densioribus foliis,
floribus jasmini, aculeis rectis validissimis ex ad-
verso binis armatum. *Pluk. alm.* 235, t. 308. f. 4.
& t. 55. f. 6. an?

634. KORRACA. *Herm. zeyl.* 70.

635. MAHANCAKUNUWÆNNA. *Herm. zeyl.*
57.

Alchemilla congener planta indica. *Burm. zeyl.* 10.

Obs. *Plantę folia araneorum telis utcunque circum-
data observantur.*

636. MALWÆTHAKEGYA. *Herm. zeyl.* 69.

Obs. *Est Arbuscula ad sepes idonea.*

637. MAKULU. Makulughaha. *Herm. zeyl.* 50.

Obs. *Fructus inebriant, & avidę devorantur a piscibus
Lellu & Petbyo dictis, alias satis delicatis. Eo
vero tempore quo fructus hi maturescunt, pisces di-
cti nequaquam comeduntur ob vomitus & alia sym-
ptomata quę causantur. Fructus maturi quasi ci-
nere adpersi. H.*

638. MAHALKIRI. *Herm. zeyl.* 66.

Eryngium indicum aquaticum, ilicis acule-alę folio,
floribus cęruleis. *Burm. zeyl.* 94.

Eryn-

236 BARBARÆ. ANNIHILATÆ.

Eryngii species. *Bont. jav. 151. t. 151.*

Obs. *Forte Acanthi species. & forte eadem cum Hort. mal. 11. t. 48.*

639. METHUKOLA. *Herm. zeyl. 68.*

Obs. *Folia comeduntur in obsoniis.*

640. MURUWAWÆL. *Herm. zeyl. 55.*

Obs. *Caulis ductilis, subtili lino infusus, quo utuntur piscatores.*

641. NATASURI. *ibid. 59.*

642. NIWITIWÆL. *ibid. 70.*

643. NYADA. *ibid. 56.*

Obs. *Folia ab incolis diducuntur, & ex iis chordas faciunt.*

644. PUSÆTHA. *Pufwæl. Herm. zeyl. 44.*

Lens phaseoloides maxima indica, cassiæ foliis, femine maximo cordiformi. Breyn. prodr. 2. p. 63.

Lens phaseoloides foliis subrotundis oppositis, flore, spicato pentapetalo, lobis latissimis, fructu orbiculato fusco. Burm. zeyl. 139.

Phaseolus maximus perennis, folio decomposito, lobo maximo contorto. Sloan. flor. 68.

Phaseolus utriusque indiæ arboreus, alatis foliis, fructu magno cordiformi, lobis longissimis nodosis plerumque intortis. Pluk. alm. 295.

Phaseolus alatus indicus, fructu fusco orbiculato maximo, lobis latissimis & longissimis. Herm. lugdb. 494.

Arbor filiquosa, juglandis folio, brasiliiana, lobo longissimo, acaciæ filiquæ instar distincto. Baub. pin. 404.

Perim-kaku-valli. Rheed. mal. 8. p. 59. t. 32. 33. 34. Raj. dendr. 116.

Obs.

Obs. *Vid. supr. No. 619. hujus affinem.*

645. RAWANAKOFFA. *Herm. zeyl. 62.*

Drypis theophrasti. Burm. zeyl. 91.

Obs. *Rawana olim cinghalorum Rex decem capitibus & viginti manibus (ut fabulantur), ex cujus sanguine nata hæc planta creditur. Koffa denotat scopulam, qua quævis res purgatur. H.*

646. TALANGHAHA. *Herm. zeyl. 49.*

Arbor Talanghaha dicta. Burm. zeyl. 30.

Obs. *Ex ligno sunt trabes convexæ s. rates cum quibus flumina & mare transcurrere conantur Cinghali.*

647. TELKAPALA. *Herm. zeyl. 58. Burm. zeyl. 222.*

648. TITTAGÆDI. *Tittuwæl. ibid. 67.*

Obs. *Planta grate amaricans.*

649. UDUGOWUPANIKKYA. *ibid. 62.*

650. WÆLAWÆL. *ibid. 67.*

Evonymus zeylanica, fructu quadrangulo miniato. Burm. zeyl. 95.

651. WALUNDUGHAHA. *Herm. zeyl. 67.*

Arbor trifoliata walundugha dicta. Burm. zeyl. 31.

652. WANATITTAWÆL. *Herm. zeyl. 61.*

Obs. *Radix amara lactescens.*

653. MUWAKIRIWÆL. *ibid. 70.*

654. TELU. *ibid. 70.*

655. TOTHILA, Tothya. *ibid. 48.*

Obs. *Fructus cymbæ similis.*

656. KATUPAVE. *ibid.* 76.

657. KALUHAMBURU. *Herm. zeyl.* 67. *Burm. zeyl.* 133.

RESTITUENDA.

precedentibus adjicienda.

10. BOERHAVIA.

Caucalis zeylanica repens, flosculis rubentibus.
Burm. zeyl. 56. *Herm. zeyl.* 58.
Pittaghaddu. *Herm. zeyl.* 67.

333. PHYLLANTHUS.

Acacia zeyl. floribus luteis racematim ad foliorum extremitates dispositis. *Burm. zeyl.* 5.
Katukaramba. *Herm. zeyl.* 68.

298. ÆSCHYNOMENE.

Obs. Hanc habet quidem Hermannus in Herbario zeylanico, unam eandemque plantam (α) sub Mahadya & Dyabybala, in pictis vero duas distinctissimas delineavit plantas, quarum α leguminibus latioribus articulatis, β vero leguminibus teretiusculis, longissimis, glabris, caule ramis petiolisque aculeatis. Proin distinguenda in duas species; forte erint hæ varietates.

315. BALSAMINA femina angustifolia zeylanica.

Herm. prodr. 317.
Balsamina indica angustifolia, flore minore rubello elegantissimo. *Tournef. inst.* 419.
Dyakudalu. *Herm. zeyl.* 64.

347. (Paragaphus tota mutetur sic)

CROTON foliis palmatis quinquelobis trilobisque

que, spinoso-ferratis, floribus cauli adspersis sub-
sessilibus.

Ricinus maderaspatanus, quinquefidis durioribus
foliis margine spinosis. *Pluk. alm.* 320. t. 108.
f. 3.

400. PIST. Germen *subrotundum infra receptaculum
floris. Stylus filiformis, longitudine staminum. Stig-
mata duo, capitata.*

398. OPHIOXYLI calyx (*pro bifidus*) minimus,
quinquedentatus.

(ad finem adde) *Filamentis vix conspicuis. Anthe-
ris acuminatis conniventibus. Præter prædictos flo-
sculos (forte masculos) dantur alii racemi seu potius
corymbi præcedentibus simillimi, qui Hermaphroditi
CALYCE Perianthio minimo, erecto, quinquefido,
acuto.*

COROLLA *monopetala, infundibuliformi: Tubo
filiformi, longo; Limbo quinquepartito, patulo.*

STAMINUM *Filamenta quinque, brevissima, in
medio tubi. Antheræ acuminatæ.*

PISTILLI *Germen subrotundum. Stylus fili-
formis, longitudine staminum. Stigma capitatum.*

PERICARPIUM (*non vidi, sed teste Burmanno*)
Bacca biloba, bilocularis.

SEMINA *folitaria, subrotunda.*

401. OPHIORHIZA (*cujus character sic legen-
dus*):

CAL. *Perianthium monophyllum, erectum, quinque-
dentatum, æquale, persistens.*

COR. *monopetala, infundibuliformis: Limbo quin-
quefido, obtuso, æquali, patente, interne barbato.*

STAM. *Filamenta 5, filiforma, tubo inserta, lon-
gitudine corollæ. Antheræ oblongæ.*

PIST.

PIST. Germen *bifidum*, *intra calycem*. Stylus *filiformis*, *longitudine staminum*, *superne crassior*. Stigmata *duo*, *obtusa*.

PER. Capsula *biloba* (*figura fructus Aceris*), *lata*, *obtusiuscula*: *lobis divaricatis*, *bilocularis*: *dissepimento contrario*, *introrsum debiscens*.

SEM. *numerosa*, *angulata*.

9. MAHUKALUVA. *Herm. zeyl.* 50.

F I N I S.



Nomina Botanica.

- Abelmosch* 261.
Abrus 284.
Abus 153.
Abutilon 244. 251. 265. 519.
Acacia 156 -- 159. 215 -- 217.
 219. 495. 496. 506. 507. p. 238.
Acajaiba 165.
Acajou 165.
Acalypha 340 -- 342.
Acer 141. 176.
Acetosa 264.
Achmella 308. 309.
Achyranthes 103 - 105.
Acmella 309.
Acorus 132.
Aeroliticum 376 -- 380.
Aerosticum 376.
Adenantha 160.
Adhatoda 16 - 18. 20. 233.
Adiantum 381.
Adiantum 381. 385.
Aeschynomene 298. p. 238.
Aeschynomene 505.
Alcanna 135.
Alcanna species 134.
Alcea 174. 213. 214. 245. 246.
 247. 251 - 255. 257 - 262. 264.
 265. 519 - 523. 526. 532. 533.
Alechemilla 635.
Albenna 135.
Aikekengi 96. 97.
Allophylus 140.
Aloë 130.
Aloë 130.
Alopecuro-veronica 411.
Alpinia 5.
Alpine 51. 68. 76. 117. 121. 235. 270.
 580.
Althæa 222. 244. 246. 247. 251 --
 255. 257 - 262. 264. 265. 519 -
 521. 524. 525. 533.
Amaranthi species 102.
Amarantho adfinis 115.
- Amaranthoides* 101. 115. 116.
Amaranthus 338. 563.
Amaranthus 100. 101. 104. 105.
 116. 338. 563.
Amba 471. 472.
Anomum 2 - 4.
Amygdalo adfinis 204.
Amygdalum &c. 471.
Amygdalus 433.
Anacardii &c. 165.
Anacardium 165.
Anacardium 57. 165.
Anagallis 76. 117.
Ananas 131.
Anchusa &c. 71.
Angola 324.
Anil 273. 274.
Annona 275.
Anoda 519 - 521.
Anona 225. 508. 509.
Anonis 278.
Anonyma 5. 81. 176. 181.
Anonymos 438.
Antanifophyllum 10.
Anthoxanthum 25.
Antidifina 537.
Antidifina 537.
Anisrhirinum 67. 317.
Aphyllus 23.
Apiofcorodon 211.
Apocyni facie 114.
Apocyno-nerium 404.
Apocynum 114.
Apocynum 107. 109. 111. 112. 490
 -- 492.
Arachus 284.
Arantia 304.
Arbor 11. 14. 17. 34. 53. 56. 57. 59.
 63. 82. 87. 98. 138. 141. 144. 147.
 148. 155. 156. 160 -- 162. 184.
 185. 195. 201. 203. 209. 211.
 218. 236. 248. 250. 275. 337.
 350. 357. 365. 367 - 369. 372
 409.

Nomina Botanica.

409. 417. 433. 434. 437. 443.
 489. 495. 497. 506. 529. 574.
 - 576. 592. 595. 599. 604. 612.
 617. 623. 625. 628. 630. 632.
 644. 646. 651.
Arbuseula 60. 141. 209. 423. 577.
 631.
Areca 392.
Arecca 392.
Aristolochia 323.
Aristolochia 323.
Aro-orchis 8.
Arum 325 - 327.
Arum 325 - 328. 558. 559.
Arundo 47.
Arundo 1. 5. 45. 47. 133. 468.
Afarina 118
Aftelepias 111. 112.
Aftelepias 490. 491.
Asparagus 123. 124.
Asparagus 123. 124.
Astragalus 272. 274. 285. 299.
 301. 302. 554.
Atragene 226.
Averrhoa 177 - 179.
Avizennia 57.
Auricularia 64.
Azadaracheni 162.
Azadirachta 161. 162.
Azedarach 161. 162.

Baccharioides 418.
Baccifera 135. 172. 357. 367.
 369.
Balanus 155.
Balsamina 315. 316. 351. 355.
 567. p. 238.
Bammia 261.
Bandura 321.
Bannisteria 176.
Bannisterioides 407.
Barleria 233.
Bartramia 174.
Bafella 119.
Basilicum 228.

Battata 359. 360. 363.
Bauhinia 147. 148.
Baubinia 147. 148.
Beid el offar 112.
Berberis 357.
Beta 119.
Beta folio 103.
Betele 27. 29.
Betle 27.
Betonica 18. 244.
Betre 27.
Betula &c. 337.
Bidens 308.
Bignonia 236.
Bignonia 136.
Bilimbi 179.
Blinbingum 177.
Blitum 103. 338. 563.
Bobartia 41.
Boerhavia 10. p. 238.
Boerhavia 10.
Bombu 409.
Bonduc 156.
Borassius 395.
Borraginoides 71.
Borrago 71.
Bromelia 131.
Bryonia 353 - 356.
Bryonia 353. 355. 356. 567.
Buglossum 21.
Bupila 303.
Burmannia 128.
Burmannia 128.

Cacalia 306.
Caealpinia 157. 158.
Calaba 202.
Calamus 45. 132.
Calceolus 8.
Calophyllum 201. 202.
Caltha 311.
Cambogia 195.
Cambogium 195.
Camella 145.
Canna 1.

Nomina Botanica.

- Canna* 1. 5.
Cann-Acorus 1.
Capparis 210.
Capparis 210.
